

Liber Genesis

1:1 in principio creauit Deus caelum et terram 1:2 terra autem erat inanis et uacua et tenebrae super faciem abyssi et spiritus Dei ferebatur super aquas 1:3 dixitque Deus fiat lux et facta est lux 1:4 et uidit Deus lucem quod esset bona et diuisit lucem ac tenebras 1:5 appellauitque lucem diem et tenebras noctem factumque est uespere et mane dies unus 1:6 dixit quoque Deus fiat firmamentum in medio aquarum et diuidat aquas ab aquis 1:7 et fecit Deus firmamentum diuisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum et factum est ita 1:8 uocauitque Deus firmamentum caelum et factum est uespere et mane dies secundus 1:9 dixit uero Deus congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum et appareat arida factumque est ita 1:10 et uocauit Deus aridam terram congregationesque aquarum appellauit maria et uidit Deus quod esset bonum 1:11 et ait germinet terra herbam uirentem et facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum cuius semen in semet ipso sit super terram et factum est ita 1:12 et protulit terra herbam uirentem et adferentem semen iuxta genus suum lignumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam et uidit Deus quod esset bonum 1:13 factumque est uespere et mane dies tertius 1:14 dixit autem Deus fiant luminaria in firmamento caeli ut diuidant diem ac noctem et sint in signa et tempora et dies et annos 1:15 ut luceant in firmamento caeli et inluminent terram et factum est ita 1:16 fecitque Deus duo magna luminaria luminare maius ut praeeset diei et luminare minus ut praeeset nocti et stellas 1:17 et posuit eas in firmamento caeli ut lucerent super terram 1:18 et praeesent diei ac nocti et diuiderent lucem ac tenebras et uidit Deus quod esset bonum 1:19 et factum est uespere et mane dies quartus 1:20 dixit etiam Deus producant aquae reptile animae uiuentis et uolatile super terram sub firmamento caeli 1:21

1:1 In the beginning God created the heaven and the earth.

1:2 And the earth was without form, and void; and darkness was upon the face of the deep. And the Spirit of God moved upon the face of the waters.

1:3 And God said, Let there be light: and there was light.

1:4 And God saw the light, that it was good: and God divided the light from the darkness.

1:5 And God called the light Day, and the darkness he called Night. And the evening and the morning were the first day.

1:6 And God said, Let there be a firmament in the midst of the waters, and let it divide the waters from the waters.

1:7 And God made the firmament, and divided the waters which were under the firmament from the waters which were above the firmament: and it was so.

1:8 And God called the firmament Heaven. And the evening and the morning were the second day.

1:9 And God said, Let the waters under the heaven be gathered together unto one place, and let the dry land appear: and it was so.

1:10 And God called the dry land Earth; and the gathering together of the waters called he Seas: and God saw that it was good.

1:11 And God said, Let the earth bring forth grass, the herb yielding seed, and the fruit tree yielding fruit after his kind, whose seed is in itself, upon the earth: and it was so.

1:12 And the earth brought forth grass, and herb yielding seed after his kind, and the tree yielding fruit, whose seed was in itself, after his kind: and God saw that it was good.

1:13 And the evening and the morning were the third day.

1:14 And God said, Let there be lights in the firmament of the heaven to divide the day from the night; and let them be for signs, and for seasons, and for days, and years:

1:15 And let them be for lights in the firmament of the heaven to give light upon the earth: and it was so.

1:16 And God made two great lights; the greater light to rule the day, and the lesser light to rule the night: he made the stars also.

1:17 And God set them in the firmament of the heaven to give light upon the earth,

1:18 And to rule over the day and over the night, and to divide the light from the darkness: and God saw that it was good.

1:19 And the evening and the morning were the fourth day.

1:20 And God said, Let the waters bring forth abundantly the moving creature that hath life, and fowl that may fly above the earth in the open firmament of heaven.

1:21 And God created great whales, and every living creature that moveth, which the waters brought forth abundantly, after their kind, and every winged fowl after his kind: and God saw that it was good.

Biblia Sacra Vulgata

1:22 And God blessed them, saying, Be fruitful, and multiply, and fill the waters in the seas, and let fowl multiply in the earth.

1:23 And the evening and the morning were the fifth day.

1:24 And God said, Let the earth bring forth the living creature after his kind, cattle, and creeping thing, and beast of the earth after his kind: and it was so.

1:25 And God made the beast of the earth after his kind, and cattle after their kind, and every thing that creepeth upon the earth after his kind: and God saw that it was good.

1:26 And God said, Let us make man in our image, after our likeness: and let them have dominion over the fish of the sea, and over the fowl of the air, and over the cattle, and over all the earth, and over every creeping thing that creepeth upon the earth.

1:27 So God created man in his own image, in the image of God created he him; male and female created he them.

1:28 And God blessed them, and God said unto them, Be fruitful, and multiply, and replenish the earth, and subdue it: and have dominion over the fish of the sea, and over the fowl of the air, and over every living thing that moveth upon the earth.

1:29 And God said, Behold, I have given you every herb bearing seed, which is upon the face of all the earth, and every tree, in the which is the fruit of a tree yielding seed; to you it shall be for meat.

1:30 And to every beast of the earth, and to every fowl of the air, and to every thing that creepeth upon the earth, wherein there is life, I have given every green herb for meat: and it was so.

1:31 And God saw every thing that he had made, and, behold, it was very good. And the evening and the morning were the sixth day.

2:1 Thus the heavens and the earth were finished, and all the host of them.

2:2 And on the seventh day God ended his work which he had made; and he rested on the seventh day from all his work which he had made.

2:3 And God blessed the seventh day, and sanctified it: because that in it he had rested from all his work which God created and made.

2:4 These are the generations of the heavens and of the earth when they were created, in the day that the LORD God made the earth and the heavens,

creauitque Deus cete grandia et omnem animam uiuentem atque motabilem quam produxerant aquae in species suas et omne uolatile secundum genus suum et uidit Deus quod esset bonum 1:22 benedixitque eis dicens crescite et multiplicamini et replete aquas maris auesque multiplicentur super terram 1:23 et factum est uespere et mane dies quintus 1:24 dixit quoque Deus producat terra animam uiuentem in genere suo iumenta et reptilia et bestias terrae secundum species suas factumque est ita 1:25 et fecit Deus bestias terrae iuxta species suas et iumenta et omne reptile terrae in genere suo et uidit Deus quod esset bonum 1:26 et ait faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram et praesit piscibus maris et uolatilibus caeli et bestiis uniuersaeque terrae omnique reptili quod mouetur in terra 1:27 et creauit Deus hominem ad imaginem suam ad imaginem Dei creauit illum masculum et feminam creauit eos 1:28 benedixitque illis Deus et ait crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam et dominamini piscibus maris et uolatilibus caeli et uniuersis animantibus quae mouentur super terram 1:29 dixitque Deus ecce dedi uobis omnem herbam adferentem semen super terram et uniuersa ligna quae habent in semet ipsis sementem generis sui ut sint uobis in escam 1:30 et cunctis animantibus terrae omnique uolucris caeli et uniuersis quae mouentur in terra et in quibus est anima uiuens ut habeant ad uescendum et factum est ita 1:31 uiditque Deus cuncta quae fecit et erant ualde bona et factum est uespere et mane dies sextus

2:1 igitur perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatus eorum 2:2 conpleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat et requieuit die septimo ab uniuerso opere quod pararat 2:3 et benedixit diei septimo et sanctificauit illum quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus ut faceret 2:4 istae generationes caeli et terrae quando creatae

Liber Genesis

sunt in die quo fecit Dominus Deus caelum et terram 2:5 et omne uirgultum agri antequam oreretur in terra omnemque herbam regionis priusquam germinaret non enim pluerat Dominus Deus super terram et homo non erat qui operaretur terram 2:6 sed fons ascendebat e terra inrigans uniuersam superficiem terrae 2:7 formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae et inspirauit in faciem eius spiraculum uitae et factus est homo in animam uiuentem 2:8 plantaue- rat autem Dominus Deus paradysum uoluptatis a principio in quo posuit hominem quem formauerat 2:9 produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum uisu et ad uescendum suaue lignum etiam uitae in medio paradysi lig- numque scientiae boni et mali 2:10 et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad inrigandum paradysum qui inde diui- ditur in quattuor capita 2:11 nomen uni Phison ipse est qui circuit omnem terram Euilat ubi nascitur aurum 2:12 et au- rum terrae illius optimum est ibique inuenitur bdellium et lapis onychinus 2:13 et nomen fluuio secundo Geon ipse est qui circuit omnem terram Aethiopiae 2:14 nomen uero fluminis tertii Tigris ipse uadit contra Assyrios fluuius au- tem quartus ipse est Eufrates 2:15 tulit ergo Dominus Deus hominem et posuit eum in paradiso uoluptatis ut operare- tur et custodiret illum 2:16 praecepitque ei dicens ex omni ligno paradysi comede 2:17 de ligno autem scientiae boni et mali ne comedas in quocumque enim die comederis ex eo morte morieris 2:18 dixit quoque Dominus Deus non est bonum esse hominem solum faciamus ei adiutorium simi- lem sui 2:19 formatis igitur Dominus Deus de humo cunc- tis animantibus terrae et uniuersis uolatilibus caeli adduxit ea ad Adam ut uideret quid uocaret ea omne enim quod uo- cauit Adam animae uiuentis ipsum est nomen eius 2:20 ap- pellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia et uni- uersa uolatilia caeli et omnes bestias terrae Adam uero non

2:5 And every plant of the field before it was in the earth, and every herb of the field before it grew: for the LORD God had not caused it to rain upon the earth, and there was not a man to till the ground.

2:6 But there went up a mist from the earth, and watered the whole face of the ground.

2:7 And the LORD God formed man of the dust of the ground, and breathed into his nostrils the breath of life; and man became a living soul.

2:8 And the LORD God planted a garden eastward in Eden; and there he put the man whom he had formed.

2:9 And out of the ground made the LORD God to grow every tree that is pleasant to the sight, and good for food; the tree of life also in the midst of the garden, and the tree of knowledge of good and evil.

2:10 And a river went out of Eden to water the garden; and from thence it was parted, and became into four heads.

2:11 The name of the first is Pison: that is it which compasseth the whole land of Havilah, where there is gold;

2:12 And the gold of that land is good: there is bdellium and the onyx stone.

2:13 And the name of the second river is Gihon: the same is it that compasseth the whole land of Ethiopia.

2:14 And the name of the third river is Hiddekel: that is it which goeth toward the east of Assyria. And the fourth river is Euphrates.

2:15 And the LORD God took the man, and put him into the garden of Eden to dress it and to keep it.

2:16 And the LORD God commanded the man, saying, Of every tree of the garden thou mayest freely eat:

2:17 But of the tree of the knowledge of good and evil, thou shalt not eat of it: for in the day that thou eatest thereof thou shalt surely die.

2:18 And the LORD God said, It is not good that the man should be alone; I will make him an help meet for him.

2:19 And out of the ground the LORD God formed every beast of the field, and every fowl of the air; and brought them unto Adam to see what he would call them: and whatsoever Adam called every living creature, that was the name thereof.

2:20 And Adam gave names to all cattle, and to the fowl of the air, and to every beast of the field; but for Adam there was not found an help meet for him.

Biblia Sacra Vulgata

2:21 And the LORD God caused a deep sleep to fall upon Adam, and he slept: and he took one of his ribs, and closed up the flesh instead thereof;

2:22 And the rib, which the LORD God had taken from man, made he a woman, and brought her unto the man.

2:23 And Adam said, This is now bone of my bones, and flesh of my flesh: she shall be called Woman, because she was taken out of Man.

2:24 Therefore shall a man leave his father and his mother, and shall cleave unto his wife: and they shall be one flesh.

2:25 And they were both naked, the man and his wife, and were not ashamed.

3:1 Now the serpent was more subtil than any beast of the field which the LORD God had made. And he said unto the woman, Yea, hath God said, Ye shall not eat of every tree of the garden?

3:2 And the woman said unto the serpent, We may eat of the fruit of the trees of the garden:

3:3 But of the fruit of the tree which is in the midst of the garden, God hath said, Ye shall not eat of it, neither shall ye touch it, lest ye die.

3:4 And the serpent said unto the woman, Ye shall not surely die:

3:5 For God doth know that in the day ye eat thereof, then your eyes shall be opened, and ye shall be as gods, knowing good and evil.

3:6 And when the woman saw that the tree was good for food, and that it was pleasant to the eyes, and a tree to be desired to make one wise, she took of the fruit thereof, and did eat, and gave also unto her husband with her; and he did eat.

3:7 And the eyes of them both were opened, and they knew that they were naked; and they sewed fig leaves together, and made themselves aprons.

3:8 And they heard the voice of the LORD God walking in the garden in the cool of the day: and Adam and his wife hid themselves from the presence of the LORD God amongst the trees of the garden.

3:9 And the LORD God called unto Adam, and said unto him, Where art thou?

3:10 And he said, I heard thy voice in the garden, and I was afraid, because I was naked; and I hid myself.

3:11 And he said, Who told thee that thou wast naked? Hast thou eaten of the tree, whereof I commanded thee that thou shouldest not eat?

3:12 And the man said, The woman whom thou gavest to be with me, she gave me of the tree, and I did eat.

inueniebatur adiutor similis eius 2:21 inmisit ergo Dominus Deus soporem in Adam cumque obdormisset tulit unam de costis eius et repleuit carnem pro ea 2:22 et aedificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem et adduxit eam ad Adam 2:23 dixitque Adam hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea haec uocabitur uirago quoniam de uiro sumpta est 2:24 quam ob rem relinquet homo patrem suum et matrem et adherebit uxori suae et erunt duo in carne una 2:25 erant autem uterque nudi Adam scilicet et uxor eius et non erubescabant

3:1 sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terrae quae fecerat Dominus Deus qui dixit ad mulierem cur praecepit uobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi 3:2 cui respondit mulier de fructu lignorum quae sunt in paradiso uescemur 3:3 de fructu uero ligni quod est in medio paradisi praecepit nobis Deus ne comederemus et ne tangeremus illud ne forte moriamur 3:4 dixit autem serpens ad mulierem nequaquam morte moriemini 3:5 scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi uestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum 3:6 uidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad uescendum et pulchrum oculis aspectuque delectabile et tulit de fructu illius et comedit deditque uiro suo qui comedit 3:7 et aperti sunt oculi amborum cumque cognouissent esse se nudos consuerunt folia ficus et fecerunt sibi perizomata 3:8 et cum audissent uocem Domini Dei deambulantibus in paradiso ad auram post meridiem abscondit se Adam et uxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi 3:9 uocauitque Dominus Deus Adam et dixit ei ubi es 3:10 qui ait uocem tuam audiui in paradiso et timui eo quod nudus essem et abscondi me 3:11 cui dixit quis enim indicauit tibi quod nudus esses nisi quod ex ligno de quo tibi praeceperam ne comederes comedisti 3:12 dixitque Adam mulier quam dedisti sociam

Liber Genesis

mihi dedit mihi de ligno et comedi 3:13 et dixit Dominus Deus ad mulierem quare hoc fecisti quae respondit serpens decepit me et comedi 3:14 et ait Dominus Deus ad serpentem quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia et bestias terrae super pectus tuum gradieris et terram comedes cunctis diebus uitae tuae 3:15 inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius ipsa conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius 3:16 mulieri quoque dixit multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos in dolore paries filios et sub uiri potestate eris et ipse dominabitur tui 3:17 ad Adam uero dixit quia audisti uocem uxoris tuae et comedisti de ligno ex quo praeceperam tibi ne comederes maledicta terra in opere tuo in laboribus comedes eam cunctis diebus uitae tuae 3:18 spinas et tribulos germinabit tibi et comedes herbas terrae 3:19 in sudore uultus tui uesceris pane donec reuertaris in terram de qua sumptus es quia puluis es et in puluerem reuerteris 3:20 et uocauit Adam nomen uxoris suae Haua eo quod mater esset cunctorum uiuentium 3:21 fecit quoque Dominus Deus Adam et uxori eius tunicas pellicias et induit eos 3:22 et ait ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum et malum nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat etiam de ligno uitae et comedat et uiuat in aeternum 3:23 emisit eum Dominus Deus de paradiso uoluptatis ut operaretur terram de qua sumptus est 3:24 eiicitque Adam et conlocauit ante paradisum uoluptatis cherubin et flammeum gladium atque uersatilem ad custodiendam uiam ligni uitae

4:1 Adam uero cognouit Hauam uxorem suam quae concepit et peperit Cain dicens possedi hominem per Dominum 4:2 rursusque peperit fratrem eius Abel fuit autem Abel pastor ouium et Cain agricola 4:3 factum est autem post multos dies ut offerret Cain de fructibus terrae munera Domino 4:4 Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui et de ad-

3:13 And the LORD God said unto the woman, What is this that thou hast done? And the woman said, The serpent beguiled me, and I did eat.

3:14 And the LORD God said unto the serpent, Because thou hast done this, thou art cursed above all cattle, and above every beast of the field; upon thy belly shalt thou go, and dust shalt thou eat all the days of thy life:

3:15 And I will put enmity between thee and the woman, and between thy seed and her seed; it shall bruise thy head, and thou shalt bruise his heel.

3:16 Unto the woman he said, I will greatly multiply thy sorrow and thy conception; in sorrow thou shalt bring forth children; and thy desire shall be to thy husband, and he shall rule over thee.

3:17 And unto Adam he said, Because thou hast hearkened unto the voice of thy wife, and hast eaten of the tree, of which I commanded thee, saying, Thou shalt not eat of it: cursed is the ground for thy sake; in sorrow shalt thou eat of it all the days of thy life;

3:18 Thorns also and thistles shall it bring forth to thee; and thou shalt eat the herb of the field;

3:19 In the sweat of thy face shalt thou eat bread, till thou return unto the ground; for out of it wast thou taken: for dust thou art, and unto dust shalt thou return.

3:20 And Adam called his wife's name Eve; because she was the mother of all living.

3:21 Unto Adam also and to his wife did the LORD God make coats of skins, and clothed them.

3:22 And the LORD God said, Behold, the man is become as one of us, to know good and evil; and now, lest he put forth his hand, and take also of the tree of life, and eat, and live for ever:

3:23 Therefore the LORD God sent him forth from the garden of Eden, to till the ground from whence he was taken.

3:24 So he drove out the man; and he placed at the east of the garden of Eden Cherubims, and a flaming sword which turned every way, to keep the way of the tree of life.

4:1 And Adam knew Eve his wife; and she conceived, and bare Cain, and said, I have gotten a man from the LORD.

4:2 And she again bare his brother Abel. And Abel was a keeper of sheep, but Cain was a tiller of the ground.

4:3 And in process of time it came to pass, that Cain brought of the fruit of the ground an offering unto the LORD.

4:4 And Abel, he also brought of the firstlings of his flock and of the fat thereof. And the LORD had respect unto Abel and to his offering:

Biblia Sacra Vulgata

4:5 But unto Cain and to his offering he had not respect. And Cain was very wroth, and his countenance fell.

4:6 And the LORD said unto Cain, Why art thou wroth? and why is thy countenance fallen?

4:7 If thou doest well, shalt thou not be accepted? and if thou doest not well, sin lieth at the door. And unto thee shall be his desire, and thou shalt rule over him.

4:8 And Cain talked with Abel his brother: and it came to pass, when they were in the field, that Cain rose up against Abel his brother, and slew him.

4:9 And the LORD said unto Cain, Where is Abel thy brother? And he said, I know not: Am I my brother's keeper?

4:10 And he said, What hast thou done? the voice of thy brother's blood crieth unto me from the ground.

4:11 And now art thou cursed from the earth, which hath opened her mouth to receive thy brother's blood from thy hand;

4:12 When thou tillest the ground, it shall not henceforth yield unto thee her strength; a fugitive and a vagabond shalt thou be in the earth.

4:13 And Cain said unto the LORD, My punishment is greater than I can bear.

4:14 Behold, thou hast driven me out this day from the face of the earth; and from thy face shall I be hid; and I shall be a fugitive and a vagabond in the earth; and it shall come to pass, that every one that findeth me shall slay me.

4:15 And the LORD said unto him, Therefore whosoever slayeth Cain, vengeance shall be taken on him sevenfold. And the LORD set a mark upon Cain, lest any finding him should kill him.

4:16 And Cain went out from the presence of the LORD, and dwelt in the land of Nod, on the east of Eden.

4:17 And Cain knew his wife; and she conceived, and bare Enoch; and he builded a city, and called the name of the city, after the name of his son, Enoch.

4:18 And unto Enoch was born Irad; and Irad begat Methusael; and Methusael begat Lamech.

4:19 And Lamech took unto him two wives: the name of the one was Adah, and the name of the other Zillah.

4:20 And Adah bare Jabal: he was the father of such as dwell in tents, and of such as have cattle.

4:21 And his brother's name was Jubal: he was the father of all such as handle the harp and organ.

4:22 And Zillah, she also bare Tubalcain, an instructor of every artificer in brass and iron: and the sister of Tubalcain was Naamah.

ipibus eorum et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius
4:5 ad Cain uero et ad munera illius non respexit iratusque est
Cain uehementer et concidit uultus eius 4:6 dixitque Domi-
nus ad eum quare maestus es et cur concidit facies tua 4:7
nonne si bene egeris recipies sin autem male statim in fori-
bus peccatum aderit sed sub te erit appetitus eius et tu domi-
naberis illius 4:8 dixitque Cain ad Abel fratrem suum egredi-
diamur foras cumque essent in agro consurrexit Cain aduer-
sus Abel fratrem suum et interfecit eum 4:9 et ait Dominus
ad Cain ubi est Abel frater tuus qui respondit nescio num cu-
stos fratris mei sum 4:10 dixitque ad eum quid fecisti uox
sanguinis fratris tui clamat ad me de terra 4:11 nunc igitur
maledictus eris super terram quae aperuit os suum et suscepit
sanguinem fratris tui de manu tua 4:12 cum operatus fueris
eam non dabit tibi fructus suos uagus et profugus eris super
terram 4:13 dixitque Cain ad Dominum maior est iniquitas
mea quam ut ueniam merear 4:14 ecce eicis me hodie a facie
terrae et a facie tua abscondar et ero uagus et profugus in
terra omnis igitur qui inuenerit me occidet me 4:15 dixit-
que ei Dominus nequaquam ita fiet sed omnis qui occiderit
Cain septuplum punietur posuitque Dominus Cain signum
ut non eum interficeret omnis qui inuenisset eum 4:16 eg-
ressusque Cain a facie Domini habitauit in terra profugus ad
orientalem plagam Eden 4:17 cognouit autem Cain uxorem
suam quae concepit et peperit Enoch et aedificauit ciuita-
tem uocauitque nomen eius ex nomine filii sui Enoch 4:18
porro Enoch genuit Irad et Irad genuit Mauiahel et Mauia-
hel genuit Matusahel et Matusahel genuit Lamech 4:19 qui
accepit uxores duas nomen uni Ada et nomen alteri Sella
4:20 genuitque Ada Iabel qui fuit pater habitantium in ten-
toriiis atque pastorum 4:21 et nomen fratris eius Iubal ipse
fuit pater canentium cithara et organo 4:22 Sella quoque
genuit Thubalcain qui fuit malleator et faber in cuncta opera

Liber Genesis

aeris et ferri soror uero Thubalcain Noemma 4:23 dixitque
Lamech uxoribus suis Adae et Sellae audite uocem meam
uxores Lamech auscultate sermonem meum quoniam occidi
uirum in uulnus meum et adulescentulum in liuorem meum
4:24 septuplum ultio dabitur de Cain de Lamech uero sep-
tuagies septies 4:25 cognouit quoque adhuc Adam uxorem
suam et peperit filium uocauitque nomen eius Seth dicens
posuit mihi Deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain
4:26 sed et Seth natus est filius quem uocauit Enos iste coepit
inuocare nomen Domini

5:1 hic est liber generationis Adam in die qua creauit Deus
hominem ad similitudinem Dei fecit illum 5:2 masculum
et feminam creauit eos et benedixit illis et uocauit nomen
eorum Adam in die qua creati sunt 5:3 uixit autem Adam
centum triginta annis et genuit ad similitudinem et imaginem
suam uocauitque nomen eius Seth 5:4 et facti sunt dies Ad-
am postquam genuit Seth octingenti anni genuitque filios et
filias 5:5 et factum est omne tempus quod uixit Adam anni
nongenti triginta et mortuus est 5:6 uixit quoque Seth cen-
tum quinque annos et genuit Enos 5:7 uixitque Seth post-
quam genuit Enos octingentis septem annis genuitque filios
et filias 5:8 et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duo-
decim annorum et mortuus est 5:9 uixit uero Enos nona-
ginta annis et genuit Cainan 5:10 post cuius ortum uixit
octingentis quindecim annis et genuit filios et filias 5:11
factique sunt omnes dies Enos nongentorum quinque anno-
rum et mortuus est 5:12 uixit quoque Cainan septuaginta
annis et genuit Malalehel 5:13 et uixit Cainan postquam
genuit Malalehel octingentos quadraginta annos genuitque
filios et filias 5:14 et facti sunt omnes dies Cainan nongenti
decem anni et mortuus est 5:15 uixit autem Malalehel sexa-
ginta quinque annos et genuit Iared 5:16 et uixit Malalehel
postquam genuit Iared octingentis triginta annis et genuit fi-

4:23 And Lamech said unto his wives, Adah and Zillah, Hear my voice; ye wives of Lamech, hearken unto my speech: for I have slain a man to my wounding, and a young man to my hurt.

4:24 If Cain shall be avenged sevenfold, truly Lamech seventy and sevenfold.

4:25 And Adam knew his wife again; and she bare a son, and called his name Seth: For God, said she, hath appointed me another seed instead of Abel, whom Cain slew.

4:26 And to Seth, to him also there was born a son; and he called his name Enos: then began men to call upon the name of the LORD.

5:1 This is the book of the generations of Adam. In the day that God created man, in the likeness of God made he him;

5:2 Male and female created he them; and blessed them, and called their name Adam, in the day when they were created.

5:3 And Adam lived an hundred and thirty years, and begat a son in his own likeness, and after his image; and called his name Seth:

5:4 And the days of Adam after he had begotten Seth were eight hundred years: and he begat sons and daughters:

5:5 And all the days that Adam lived were nine hundred and thirty years: and he died.

5:6 And Seth lived an hundred and five years, and begat Enos:

5:7 And Seth lived after he begat Enos eight hundred and seven years, and begat sons and daughters:

5:8 And all the days of Seth were nine hundred and twelve years: and he died.

5:9 And Enos lived ninety years, and begat Cainan:

5:10 And Enos lived after he begat Cainan eight hundred and fifteen years, and begat sons and daughters:

5:11 And all the days of Enos were nine hundred and five years: and he died.

5:12 And Cainan lived seventy years and begat Mahalaleel:

5:13 And Cainan lived after he begat Mahalaleel eight hundred and forty years, and begat sons and daughters:

5:14 And all the days of Cainan were nine hundred and ten years: and he died.

5:15 And Mahalaleel lived sixty and five years, and begat Jared:

5:16 And Mahalaleel lived after he begat Jared eight hundred and thirty years, and begat sons and daughters:

Biblia Sacra Vulgata

5:17 And all the days of Mahalaleel were eight hundred ninety and five years: and he died.

5:18 And Jared lived an hundred sixty and two years, and he begat Enoch:

5:19 And Jared lived after he begat Enoch eight hundred years, and begat sons and daughters:

5:20 And all the days of Jared were nine hundred sixty and two years: and he died.

5:21 And Enoch lived sixty and five years, and begat Methuselah:

5:22 And Enoch walked with God after he begat Methuselah three hundred years, and begat sons and daughters:

5:23 And all the days of Enoch were three hundred sixty and five years:

5:24 And Enoch walked with God: and he was not; for God took him.

5:25 And Methuselah lived an hundred eighty and seven years, and begat Lamech.

5:26 And Methuselah lived after he begat Lamech seven hundred eighty and two years, and begat sons and daughters:

5:27 And all the days of Methuselah were nine hundred sixty and nine years: and he died.

5:28 And Lamech lived an hundred eighty and two years, and begat a son:

5:29 And he called his name Noah, saying, This same shall comfort us concerning our work and toil of our hands, because of the ground which the LORD hath cursed.

5:30 And Lamech lived after he begat Noah five hundred ninety and five years, and begat sons and daughters:

5:31 And all the days of Lamech were seven hundred seventy and seven years: and he died.

5:32 And Noah was five hundred years old: and Noah begat Shem, Ham, and Japheth.

6:1 And it came to pass, when men began to multiply on the face of the earth, and daughters were born unto them,

6:2 That the sons of God saw the daughters of men that they were fair; and they took them wives of all which they chose.

6:3 And the LORD said, My spirit shall not always strive with man, for that he also is flesh: yet his days shall be an hundred and twenty years.

6:4 There were giants in the earth in those days; and also after that, when the sons of God came in unto the daughters of men, and they bare children to them, the same became mighty men which were of old, men of renown.

6:5 And God saw that the wickedness of man was great in the earth, and that every imagination of the thoughts of his heart was only evil continually.

lios et filias 5:17 et facti sunt omnes dies Malalehel octingenti nonaginta quinque anni et mortuus est 5:18 uixitque Jared centum sexaginta duobus annis et genuit Enoch 5:19 et uixit Jared postquam genuit Enoch octingentos annos et genuit filios et filias 5:20 et facti sunt omnes dies Jared nonaginti sexaginta duo anni et mortuus est 5:21 porro Enoch uixit sexaginta quinque annis et genuit Mathusalam 5:22 et ambulauit Enoch cum Deo postquam genuit Mathusalam trecentis annis et genuit filios et filias 5:23 et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni 5:24 ambulauitque cum Deo et non apparuit quia tulit eum Deus 5:25 uixit quoque Mathusalam centum octoginta septem annos et genuit Lamech 5:26 et uixit Mathusalam postquam genuit Lamech septingentos octoginta duos annos et genuit filios et filias 5:27 et facti sunt omnes dies Mathusalae nonaginti sexaginta nouem anni et mortuus est 5:28 uixit autem Lamech centum octoginta duobus annis et genuit filium 5:29 uocauitque nomen eius Noe dicens iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus 5:30 uixitque Lamech postquam genuit Noe quingentos nonaginta quinque annos et genuit filios et filias 5:31 et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni et mortuus est 5:32 Noe uero cum quingentorum esset annorum genuit Sem et Ham et Iafeth

6:1 cumque coepissent homines multiplicari super terram et filias procreassent 6:2 uidentes filii Dei filias eorum quod essent pulchrae acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerant 6:3 dixitque Deus non permanebit spiritus meus in homine in aeternum quia caro est eruntque dies illius centum uiginti annorum 6:4 gigantes autem erant super terram in diebus illis postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum illaeque genuerunt isti sunt potentes a saeculo uiri famosi 6:5 uidens autem Deus quod multa malitia homi-

Liber Genesis

num esset in terra et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore 6:6 paenituit eum quod hominem fecisset in terra et tactus dolore cordis intrinsecus 6:7 delebo inquit hominem quem creauit a facie terrae ab homine usque ad animantia a reptili usque ad uolucres caeli paenitet enim me fecisse eos 6:8 Noe uero inuenit gratiam coram Domino 6:9 hae generationes Noe Noe uir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis cum Deo ambulauit 6:10 et genuit tres filios Sem Ham et Iafeth 6:11 corrupta est autem terra coram Deo et repleta est iniquitate 6:12 cumque uidisset Deus terram esse corruptam omnis quippe caro corruerat uiam suam super terram 6:13 dixit ad Noe finis uniuersae carnis uenit coram me repleta est terra iniquitate a facie eorum et ego disperdam eos cum terra 6:14 fac tibi arcam de lignis leuigatis mansiunculas in arca facies et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus 6:15 et sic facies eam trecentorum cubitorum erit longitudo arcae quinquaginta cubitorum latitudo et triginta cubitorum altitudo illius 6:16 fenestram in arca facies et in cubito consummabis summitatem ostium autem arcae pones ex latere deorsum cenacula et tristega facies in ea 6:17 ecce ego adducam diluuii aquas super terram ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uitae est subter caelum uniuersa quae in terra sunt consumentur 6:18 ponamque foedus meum tecum et ingredieris arcam tu et filii tui uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum 6:19 et ex cunctis animantibus uniuersae carnis bina induces in arcam ut uiuant tecum masculini sexus et feminini 6:20 de uolucris iuxta genus suum et de iumentis in genere suo et ex omni reptili terrae secundum genus suum bina de omnibus ingredientur tecum ut possint uiuere 6:21 tolles igitur tecum ex omnibus escis quae mandi possunt et conportabis apud te et erunt tam tibi quam illis in cibum 6:22 fecit ergo Noe omnia quae praeceperat illi Deus

6:6 And it repented the LORD that he had made man on the earth, and it grieved him at his heart.

6:7 And the LORD said, I will destroy man whom I have created from the face of the earth; both man, and beast, and the creeping thing, and the fowls of the air; for it repenteth me that I have made them.

6:8 But Noah found grace in the eyes of the LORD.

6:9 These are the generations of Noah: Noah was a just man and perfect in his generations, and Noah walked with God.

6:10 And Noah begat three sons, Shem, Ham, and Japheth.

6:11 The earth also was corrupt before God, and the earth was filled with violence.

6:12 And God looked upon the earth, and, behold, it was corrupt; for all flesh had corrupted his way upon the earth.

6:13 And God said unto Noah, The end of all flesh is come before me; for the earth is filled with violence through them; and, behold, I will destroy them with the earth.

6:14 Make thee an ark of gopher wood; rooms shalt thou make in the ark, and shalt pitch it within and without with pitch.

6:15 And this is the fashion which thou shalt make it of: The length of the ark shall be three hundred cubits, the breadth of it fifty cubits, and the height of it thirty cubits.

6:16 A window shalt thou make to the ark, and in a cubit shalt thou finish it above; and the door of the ark shalt thou set in the side thereof; with lower, second, and third stories shalt thou make it.

6:17 And, behold, I, even I, do bring a flood of waters upon the earth, to destroy all flesh, wherein is the breath of life, from under heaven; and every thing that is in the earth shall die.

6:18 But with thee will I establish my covenant; and thou shalt come into the ark, thou, and thy sons, and thy wife, and thy sons' wives with thee.

6:19 And of every living thing of all flesh, two of every sort shalt thou bring into the ark, to keep them alive with thee; they shall be male and female.

6:20 Of fowls after their kind, and of cattle after their kind, of every creeping thing of the earth after his kind, two of every sort shall come unto thee, to keep them alive.

6:21 And take thou unto thee of all food that is eaten, and thou shalt gather it to thee; and it shall be for food for thee, and for them.

6:22 Thus did Noah; according to all that God commanded him, so did he.

Biblia Sacra Vulgata

7:1 And the LORD said unto Noah, Come thou and all thy house into the ark; for thee have I seen righteous before me in this generation.

7:2 Of every clean beast thou shalt take to thee by sevens, the male and his female: and of beasts that are not clean by two, the male and his female.

7:3 Of fowls also of the air by sevens, the male and the female; to keep seed alive upon the face of all the earth.

7:4 For yet seven days, and I will cause it to rain upon the earth forty days and forty nights; and every living substance that I have made will I destroy from off the face of the earth.

7:5 And Noah did according unto all that the LORD commanded him.

7:6 And Noah was six hundred years old when the flood of waters was upon the earth.

7:7 And Noah went in, and his sons, and his wife, and his sons' wives with him, into the ark, because of the waters of the flood.

7:8 Of clean beasts, and of beasts that are not clean, and of fowls, and of every thing that creepeth upon the earth,

7:9 There went in two and two unto Noah into the ark, the male and the female, as God had commanded Noah.

7:10 And it came to pass after seven days, that the waters of the flood were upon the earth.

7:11 In the six hundredth year of Noah's life, in the second month, the seventeenth day of the month, the same day were all the fountains of the great deep broken up, and the windows of heaven were opened.

7:12 And the rain was upon the earth forty days and forty nights.

7:13 In the selfsame day entered Noah, and Shem, and Ham, and Japheth, the sons of Noah, and Noah's wife, and the three wives of his sons with them, into the ark;

7:14 They, and every beast after his kind, and all the cattle after their kind, and every creeping thing that creepeth upon the earth after his kind, and every fowl after his kind, every bird of every sort.

7:15 And they went in unto Noah into the ark, two and two of all flesh, wherein is the breath of life.

7:16 And they that went in, went in male and female of all flesh, as God had commanded him: and the LORD shut him in.

7:17 And the flood was forty days upon the earth; and the waters increased, and bare up the ark, and it was lift up above the earth.

7:1 dixitque Dominus ad eum ingredi tu et omnis domus tua arcam te enim uidi iustum coram me in generatione hac
7:2 ex omnibus animantibus mundis tolle septena septena masculum et feminam de animantibus uero non mundis duo duo masculum et feminam 7:3 sed et de uolatilibus caeli septena septena masculum et feminam ut saluetur semen super faciem uniuersae terrae 7:4 adhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terrae 7:5 fecit ergo Noe omnia quae mandauerat ei Dominus 7:6 eratque sescentorum annorum quando diluuii aquae inundauerunt super terram 7:7 et ingressus est Noe et filii eius uxor eius et uxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuii 7:8 de animantibus quoque mundis et inmundis et de uolucibus et ex omni quod mouetur super terram 7:9 duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam masculus et femina sicut praeceperat Deus Noe 7:10 cumque transissent septem dies aquae diluuii inundauerunt super terram 7:11 anno sescentesimo uitae Noe mense secundo septimodecimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnae et cataractae caeli apertae sunt 7:12 et facta est pluuia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus 7:13 in articulo diei illius ingressus est Noe et Sem et Ham et Iafeth filii eius uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eis in arcam 7:14 ipsi et omne animal secundum genus suum uniuersaque iumenta in genus suum et omne quod mouetur super terram in genere suo cunctumque uolatile secundum genus suum uniuersae aues omnesque uolucres 7:15 ingressae sunt ad Noe in arcam bina et bina ex omni carne in qua erat spiritus uitae 7:16 et quae ingressa sunt masculus et femina ex omni carne introierunt sicut praeceperat ei Deus et inclusit eum Dominus de foris 7:17 factumque est diluuium quadraginta diebus super terram et multiplica-

Liber Genesis

tae sunt aquae et eleuauerunt arcam in sublime a terra 7:18 uehementer inundauerunt et omnia repleuerunt in superficie terrae porro arca ferebatur super aquas 7:19 et aquae praeualuerunt nimis super terram opertique sunt omnes montes excelsi sub uniuerso caelo 7:20 quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat 7:21 consumptaque est omnis caro quae mouebatur super terram uolucrum animantium bestiarum omniumque reptilium quae reptant super terram uniuersi homines 7:22 et cuncta in quibus spiraculum uitae est in terra mortua sunt 7:23 et deleuit omnem substantiam quae erat super terram ab homine usque ad pecus tam reptile quam uolucres caeli et deleta sunt de terra remansit autem solus Noe et qui cum eo erant in arca 7:24 obtinueruntque aquae terras centum quinquaginta diebus

8:1 recordatus autem Deus Noe cunctarumque animantium et omnium iumentorum quae erant cum eo in arca adduxit spiritum super terram et inminutae sunt aquae 8:2 et clausi sunt fontes abyssi et cataractae caeli et prohibitae sunt pluuiae de caelo 8:3 reuersaeque aquae de terra euntes et redeentes et coeperunt minui post centum quinquaginta dies 8:4 requieuitque arca mense septimo uicesima septima die mensis super montes Armeniae 8:5 at uero aquae ibant et decrescebant usque ad decimum mensem decimo enim mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium 8:6 cumque transissent quadraginta dies aperiens Noe fenestram arcae quam fecerat dimisit coruum 8:7 qui egrediebatur et reuertebatur donec siccarentur aquae super terram 8:8 emisit quoque columbam post eum ut uideret si iam cessassent aquae super faciem terrae 8:9 quae cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius reuersa est ad eum in arcam aquae enim erant super uniuersam terram extenditque manum et adprehensam intulit in arcam 8:10 expectatis autem ultra septem diebus aliis rursum dimisit columbam ex

7:18 And the waters prevailed, and were increased greatly upon the earth; and the ark went upon the face of the waters.

7:19 And the waters prevailed exceedingly upon the earth; and all the high hills, that were under the whole heaven, were covered.

7:20 Fifteen cubits upward did the waters prevail; and the mountains were covered.

7:21 And all flesh died that moved upon the earth, both of fowl, and of cattle, and of beast, and of every creeping thing that creepeth upon the earth, and every man:

7:22 All in whose nostrils was the breath of life, of all that was in the dry land, died.

7:23 And every living substance was destroyed which was upon the face of the ground, both man, and cattle, and the creeping things, and the fowl of the heaven; and they were destroyed from the earth: and Noah only remained alive, and they that were with him in the ark.

7:24 And the waters prevailed upon the earth an hundred and fifty days.

8:1 And God remembered Noah, and every living thing, and all the cattle that was with him in the ark: and God made a wind to pass over the earth, and the waters asswaged;

8:2 The fountains also of the deep and the windows of heaven were stopped, and the rain from heaven was restrained;

8:3 And the waters returned from off the earth continually: and after the end of the hundred and fifty days the waters were abated.

8:4 And the ark rested in the seventh month, on the seventeenth day of the month, upon the mountains of Ararat.

8:5 And the waters decreased continually until the tenth month: in the tenth month, on the first day of the month, were the tops of the mountains seen.

8:6 And it came to pass at the end of forty days, that Noah opened the window of the ark which he had made:

8:7 And he sent forth a raven, which went forth to and fro, until the waters were dried up from off the earth.

8:8 Also he sent forth a dove from him, to see if the waters were abated from off the face of the ground;

8:9 But the dove found no rest for the sole of her foot, and she returned unto him into the ark, for the waters were on the face of the whole earth: then he put forth his hand, and took her, and pulled her in unto him into the ark.

8:10 And he stayed yet other seven days; and again he sent forth the dove out of the ark;

Biblia Sacra Vulgata

8:11 And the dove came in to him in the evening; and, lo, in her mouth was an olive leaf pluckt off: so Noah knew that the waters were abated from off the earth.

8:12 And he stayed yet other seven days; and sent forth the dove; which returned not again unto him any more.

8:13 And it came to pass in the six hundredth and first year, in the first month, the first day of the month, the waters were dried up from off the earth: and Noah removed the covering of the ark, and looked, and, behold, the face of the ground was dry.

8:14 And in the second month, on the seven and twentieth day of the month, was the earth dried.

8:15 And God spake unto Noah, saying,

8:16 Go forth of the ark, thou, and thy wife, and thy sons, and thy sons' wives with thee.

8:17 Bring forth with thee every living thing that is with thee, of all flesh, both of fowl, and of cattle, and of every creeping thing that creepeth upon the earth; that they may breed abundantly in the earth, and be fruitful, and multiply upon the earth.

8:18 And Noah went forth, and his sons, and his wife, and his sons' wives with him:

8:19 Every beast, every creeping thing, and every fowl, and whatsoever creepeth upon the earth, after their kinds, went forth out of the ark.

8:20 And Noah builded an altar unto the LORD; and took of every clean beast, and of every clean fowl, and offered burnt offerings on the altar.

8:21 And the LORD smelled a sweet savour; and the LORD said in his heart, I will not again curse the ground any more for man's sake; for the imagination of man's heart is evil from his youth; neither will I again smite any more every thing living, as I have done.

8:22 While the earth remaineth, seedtime and harvest, and cold and heat, and summer and winter, and day and night shall not cease.

9:1 And God blessed Noah and his sons, and said unto them, Be fruitful, and multiply, and replenish the earth.

9:2 And the fear of you and the dread of you shall be upon every beast of the earth, and upon every fowl of the air, upon all that moveth upon the earth, and upon all the fishes of the sea; into your hand are they delivered.

9:3 Every moving thing that liveth shall be meat for you; even as the green herb have I given you all things.

mihi Dominus in Deum 28:22 et lapis iste quem erexi in
titulum uocabitur Domus Dei cunctorumque quae dederis
mihi decimas offeram tibi

29:1 profectus ergo Iacob uenit ad terram orientalem 29:2

Liber Genesis

et uidit puteum in agro tresque greges ouium accubantes iuxta eum nam ex illo adaquabantur pecora et os eius grandi lapide claudebatur 29:3 morisque erat ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem et reffectis gregibus rursum super os putei ponerent 29:4 dixitque ad pastores fratres unde estis qui responderunt de Haran 29:5 quos interrogans numquid ait nostis Laban filium Nahor dixerunt nouimus 29:6 sanusne est inquit ualet inquit et ecce Rahel filia eius uenit cum grege suo 29:7 dixitque Iacob adhuc multum diei superest nec est tempus ut reducantur ad caulas greges date ante potum ouibus et sic ad pastum eas reducite 29:8 qui responderunt non possumus donec omnia pecora congregentur et amoueamus lapidem de ore putei ut adaquemus greges 29:9 adhuc loquebantur et ecce Rahel ueniebat cum ouibus patris sui nam gregem ipsa pascebat 29:10 quam cum uidisset Iacob et sciret consobrinam suam ouesque Laban auunculi sui amouit lapidem quo puteus claudebatur 29:11 et adaquato grege osculatus est eam eleuataque uoce fleuit 29:12 et indicauit ei quod frater esset patris eius et filius Rebeccae at illa festinans nuntiauit patri suo 29:13 qui cum audisset uenisse Iacob filium sororis suae cucurrit obuiam complexusque eum et in oscula ruens duxit in domum suam auditis autem causis itineris 29:14 respondit os meum es et caro mea et postquam expleti sunt dies mensis unius 29:15 dixit ei num quia frater meus es gratis seruias mihi dic quid mercedis accipias 29:16 habebat uero filias duas nomen maioris Lia minor appellabatur Rahel 29:17 sed Lia lippis erat oculis Rahel decora facie et uenusto aspectu 29:18 quam diligens Iacob ait seruiam tibi pro Rahel filia tua minore septem annis 29:19 respondit Laban melius est ut tibi eam dem quam uiro alteri mane apud me 29:20 seruiuit igitur Iacob pro Rahel septem annis et uidebantur illi pauci dies prae amoris magnitudine 29:21 dixitque ad Laban da mihi uxo-

29:3 And thither were all the flocks gathered: and they rolled the stone from the well's mouth, and watered the sheep, and put the stone again upon the well's mouth in his place.

29:4 And Jacob said unto them, My brethren, whence be ye? And they said, Of Haran are we.

29:5 And he said unto them, Know ye Laban the son of Nahor? And they said, We know him.

29:6 And he said unto them, Is he well? And they said, He is well: and, behold, Rachel his daughter cometh with the sheep.

29:7 And he said, Lo, it is yet high day, neither is it time that the cattle should be gathered together: water ye the sheep, and go and feed them.

29:8 And they said, We cannot, until all the flocks be gathered together, and till they roll the stone from the well's mouth: then we water the sheep.

29:9 And while he yet spake with them, Rachel came with her father's sheep: for she kept them.

29:10 And it came to pass, when Jacob saw Rachel the daughter of Laban his mother's brother, and the sheep of Laban his mother's brother, that Jacob went near, and rolled the stone from the well's mouth, and watered the flock of Laban his mother's brother.

29:11 And Jacob kissed Rachel, and lifted up his voice, and wept.

29:12 And Jacob told Rachel that he was her father's brother, and that he was Rebekah's son: and she ran and told her father.

29:13 And it came to pass, when Laban heard the tidings of Jacob his sister's son, that he ran to meet him, and embraced him, and kissed him, and brought him to his house. And he told Laban all these things.

29:14 And Laban said to him, Surely thou art my bone and my flesh. And he abode with him the space of a month.

29:15 And Laban said unto Jacob, Because thou art my brother, shouldst thou therefore serve me for nought? tell me, what shall thy wages be?

29:16 And Laban had two daughters: the name of the elder was Leah, and the name of the younger was Rachel.

29:17 Leah was tender eyed; but Rachel was beautiful and well favoured.

29:18 And Jacob loved Rachel; and said, I will serve thee seven years for Rachel thy younger daughter.

29:19 And Laban said, It is better that I give her to thee, than that I should give her to another man: abide with me.

29:20 And Jacob served seven years for Rachel; and they seemed unto him but a few days, for the love he had to her.

29:21 And Jacob said unto Laban, Give me my wife, for my days are fulfilled, that I may go in unto her.

Biblia Sacra Vulgata

29:22 And Laban gathered together all the men of the place, and made a feast.

29:23 And it came to pass in the evening, that he took Leah his daughter, and brought her to him; and he went in unto her.

29:24 And Laban gave unto his daughter Leah Zilpah his maid for an handmaid.

29:25 And it came to pass, that in the morning, behold, it was Leah: and he said to Laban, What is this thou hast done unto me? did not I serve with thee for Rachel? wherefore then hast thou beguiled me?

29:26 And Laban said, It must not be so done in our country, to give the younger before the firstborn.

29:27 Fulfil her week, and we will give thee this also for the service which thou shalt serve with me yet seven other years.

29:28 And Jacob did so, and fulfilled her week: and he gave him Rachel his daughter to wife also.

29:29 And Laban gave to Rachel his daughter Bilhah his handmaid to be her maid.

29:30 And he went in also unto Rachel, and he loved also Rachel more than Leah, and served with him yet seven other years.

29:31 And when the LORD saw that Leah was hated, he opened her womb: but Rachel was barren.

29:32 And Leah conceived, and bare a son, and she called his name Reuben: for she said, Surely the LORD hath looked upon my affliction; now therefore my husband will love me.

29:33 And she conceived again, and bare a son; and said, Because the LORD hath heard I was hated, he hath therefore given me this son also: and she called his name Simeon.

29:34 And she conceived again, and bare a son; and said, Now this time will my husband be joined unto me, because I have born him three sons: therefore was his name called Levi.

29:35 And she conceived again, and bare a son: and she said, Now will I praise the LORD: therefore she called his name Judah; and left bearing.

30:1 And when Rachel saw that she bare Jacob no children, Rachel envied her sister; and said unto Jacob, Give me children, or else I die.

30:2 And Jacob's anger was kindled against Rachel: and he said, Am I in God's stead, who hath withheld from thee the fruit of the womb?

30:3 And she said, Behold my maid Bilhah, go in unto her; and she shall bear upon my knees, that I may also have children by her.

30:4 And she gave him Bilhah her handmaid to wife: and Jacob went in unto her.

30:5 And Bilhah conceived, and bare Jacob a son.

30:6 And Rachel said, God hath judged me, and hath also heard my voice, and hath given me a son: therefore called she his name Dan.

rem meam quia iam tempus expletum est ut ingrediar ad eam
29:22 qui uocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias 29:23 et uespere filiam suam Liam introduxit ad eum 29:24 dans ancillam filiae Zelpham nomine ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus facto mane uidit Liam 29:25 et dixit ad socerum quid est quod facere uoluisti nonne pro Rahel seruiui tibi quare inposuisti mihi 29:26 respondit Laban non est in loco nostro consuetudinis ut minores ante tradamus ad nuptias 29:27 imple ebdomadem dierum huius copulae et hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis 29:28 adqueiuit placito et ebdomade transacta Rahel duxit uxorem 29:29 cui pater seruam Balam dederat 29:30 tandemque potitus optatis nuptiis amorem sequentis priori praetulit seruiens apud eum septem annis aliis 29:31 uidens autem Dominus quod despiceret Liam aperuit uuluam eius sorore sterili permanente 29:32 quae conceptum genuit filium uocauitque nomen eius Ruben dicens uidit Dominus humilitatem meam nunc amabit me uir meus 29:33 rursumque concepit et peperit filium et ait quoniam audiuit Dominus haberi me contemptui dedit etiam istum mihi uocauitque nomen illius Symeon 29:34 concepit tertio et genuit alium dixitque nunc quoque copulabitur mihi maritus meus eo quod pepererim illi tres filios et idcirco appellauit nomen eius Leui 29:35 quarto concepit et peperit filium et ait modo confitebor Domino et ob hoc uocauit eum Iudam cessauitque parere

30:1 cernens autem Rahel quod infecunda esset inuidit sorori et ait marito suo da mihi liberos alioquin moriar 30:2 cui iratus respondit Iacob num pro Deo ego sum qui priuauit te fructu uentris tui 30:3 at illa habeo inquit famulam Balam ingredi ad eam ut pariat super genua mea et habeam ex ea filios 30:4 deditque illi Balam in coniugium quae 30:5 ingresso ad se uiro concepit et peperit filium 30:6 dixit-

Liber Genesis

que Rahel iudicauit mihi Dominus et exaudiuit uocem meam dans mihi filium et idcirco appellauit nomen illius Dan 30:7 rursumque Bala concipiens peperit alterum 30:8 pro quo ait Rahel conparauit me Deus cum sorore mea et inualui uocauitque eum Nephtalim 30:9 sentiens Lia quod parere desisset Zelpham ancillam suam marito tradidit 30:10 qua post conceptum edente filium 30:11 dixit feliciter et idcirco uocauit nomen eius Gad 30:12 peperit quoque Zelpha alterum 30:13 dixitque Lia hoc pro beatitudine mea beatam quippe me dicent mulieres propterea appellauit eum Aser 30:14 egressus autem Ruben tempore messis triticeae in agro repperit mandragoras quos matri Liae detulit dixitque Rahel da mihi partem de mandragoris filii tui 30:15 illa respondit parumne tibi uidetur quod praeripueris maritum mihi nisi etiam mandragoras filii mei tuleris ait Rahel dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui 30:16 redeentique ad uesperam de agro Iacob egressa est in occursum Lia et ad me inquit intrabis quia mercede conduxisti te pro mandragoris filii mei dormiuit cum ea nocte illa 30:17 et exaudiuit Deus preces eius concepitque et peperit filium quintum 30:18 et ait dedit Deus mercedem mihi quia dedi ancillam meam uiro meo appellauitque nomen illius Isachar 30:19 rursum Lia concipiens peperit sextum filium 30:20 et ait ditauit me Deus dote bona etiam hac uice mecum erit maritus meus eo quod genuerim ei sex filios et idcirco appellauit nomen eius Zabulon 30:21 post quem peperit filiam nomine Dinam 30:22 recordatus quoque Dominus Rahelis exaudiuit eam et aperuit uuluum illius 30:23 quae concepit et peperit filium dicens abstulit Deus obprobrium meum 30:24 et uocauit nomen illius Ioseph dicens addat mihi Dominus filium alterum 30:25 nato autem Ioseph dixit Iacob socero suo dimitte me ut reuertar in patriam et ad terram meam 30:26 da mihi uxores et liberos meos pro quibus seruiui tibi ut abeam tu nosti ser-

30:7 And Bilhah Rachel's maid conceived again, and bare Jacob a second son.

30:8 And Rachel said, With great wrestlings have I wrestled with my sister, and I have prevailed: and she called his name Naphtali.

30:9 When Leah saw that she had left bearing, she took Zilpah her maid, and gave her Jacob to wife.

30:10 And Zilpah Leah's maid bare Jacob a son.

30:11 And Leah said, A troop cometh: and she called his name Gad.

30:12 And Zilpah Leah's maid bare Jacob a second son.

30:13 And Leah said, Happy am I, for the daughters will call me blessed: and she called his name Asher.

30:14 And Reuben went in the days of wheat harvest, and found mandrakes in the field, and brought them unto his mother Leah. Then Rachel said to Leah, Give me, I pray thee, of thy son's mandrakes.

30:15 And she said unto her, Is it a small matter that thou hast taken my husband? and wouldest thou take away my son's mandrakes also? And Rachel said, Therefore he shall lie with thee to night for thy son's mandrakes.

30:16 And Jacob came out of the field in the evening, and Leah went out to meet him, and said, Thou must come in unto me; for surely I have hired thee with my son's mandrakes. And he lay with her that night.

30:17 And God hearkened unto Leah, and she conceived, and bare Jacob the fifth son.

30:18 And Leah said, God hath given me my hire, because I have given my maiden to my husband: and she called his name Issachar.

30:19 And Leah conceived again, and bare Jacob the sixth son.

30:20 And Leah said, God hath endued me with a good dowry; now will my husband dwell with me, because I have born him six sons: and she called his name Zebulun.

30:21 And afterwards she bare a daughter, and called her name Dinah.

30:22 And God remembered Rachel, and God hearkened to her, and opened her womb.

30:23 And she conceived, and bare a son; and said, God hath taken away my reproach:

30:24 And she called his name Joseph; and said, The LORD shall add to me another son.

30:25 And it came to pass, when Rachel had born Joseph, that Jacob said unto Laban, Send me away, that I may go unto mine own place, and to my country.

30:26 Give me my wives and my children, for whom I have served thee, and let me go: for thou knowest my service which I have done thee.

Biblia Sacra Vulgata

30:27 And Laban said unto him, I pray thee, if I have found favour in thine eyes, tarry: for I have learned by experience that the LORD hath blessed me for thy sake.

30:28 And he said, Appoint me thy wages, and I will give it.

30:29 And he said unto him, Thou knowest how I have served thee, and how thy cattle was with me.

30:30 For it was little which thou hadst before I came, and it is now increased unto a multitude; and the LORD hath blessed thee since my coming: and now when shall I provide for mine own house also?

30:31 And he said, What shall I give thee? And Jacob said, Thou shalt not give me any thing: if thou wilt do this thing for me, I will again feed and keep thy flock.

30:32 I will pass through all thy flock to day, removing from thence all the speckled and spotted cattle, and all the brown cattle among the sheep, and the spotted and speckled among the goats: and of such shall be my hire.

30:33 So shall my righteousness answer for me in time to come, when it shall come for my hire before thy face: every one that is not speckled and spotted among the goats, and brown among the sheep, that shall be counted stolen with me.

30:34 And Laban said, Behold, I would it might be according to thy word.

30:35 And he removed that day the he goats that were ringstraked and spotted, and all the she goats that were speckled and spotted, and every one that had some white in it, and all the brown among the sheep, and gave them into the hand of his sons.

30:36 And he set three days' journey betwixt himself and Jacob: and Jacob fed the rest of Laban's flocks.

30:37 And Jacob took him rods of green poplar, and of the hazel and chestnut tree; and pilled white strakes in them, and made the white appear which was in the rods.

30:38 And he set the rods which he had pilled before the flocks in the gutters in the watering troughs when the flocks came to drink, that they should conceive when they came to drink.

30:39 And the flocks conceived before the rods, and brought forth cattle ringstraked, speckled, and spotted.

30:40 And Jacob did separate the lambs, and set the faces of the flocks toward the ringstraked, and all the brown in the flock of Laban; and he put his own flocks by themselves, and put them not unto Laban's cattle.

uitutem qua seruiui tibi 30:27 ait ei Laban inueniam gratiam in conspectu tuo experimento didici quod benedixerit mihi Deus propter te 30:28 constitue mercedem tuam quam dem tibi 30:29 at ille respondit tu nosti quomodo seruierim tibi et quanta in manibus meis fuerit possessio tua 30:30 modicum habuisti antequam uenirem et nunc diues effectus es benedixitque tibi Dominus ad introitum meum iustum est igitur ut aliquando prouideam etiam domui meae 30:31 dixitque Laban quid dabo tibi at ille ait nihil uolo sed si feceris quod postulo iterum pascam et custodiam pecora tua 30:32 gyra omnes greges tuos et separa cunctas oues uarias et sparso uellere et quodcumque furuum et maculosum uariumque fuerit tam in ouibus quam in capris erit merces mea 30:33 respondebitque mihi cras iustitia mea quando placiti tempus aduenerit coram te et omnia quae non fuerint uaria et maculosa et furua tam in ouibus quam in capris furti me arguent 30:34 dixit Laban gratum habeo quod petis 30:35 et separauit in die illo capras et oues hircos et arietes uarios atque maculosos cunctum autem gregem unicolorem id est albi et nigri uelleris tradidit in manu filiorum suorum 30:36 et posuit spatium itineris inter se et generum dierum trium qui pascebat reliquos greges eius 30:37 tollens ergo Iacob uirgas populeas uirides et amigdalinas et ex platanis ex parte decorticauit eas detractisque corticibus in his quae spoliata fuerant candor apparuit illa uero quae integra erant uiridia permanserunt atque in hunc modum color effectus est uarius 30:38 posuitque eas in canalibus ubi effundebatur aqua ut cum uenissent greges ad bibendum ante oculos haberent uirgas et in aspectu earum conciperent 30:39 factumque est ut in ipso calore coitus oues intuerentur uirgas et parerent maculosa et uaria et diuerso colore respersa 30:40 diuisitque gregem Iacob et posuit uirgas ante oculos arietum erant autem alba quaeque et nigra Laban cetera uero Iacob separa-

Liber Genesis

tis inter se gregibus 30:41 igitur quando primo tempore ascendebantur oues ponebat Iacob uirgas in canalibus aquarum ante oculos arietum et ouium ut in earum contemplatione conciperent 30:42 quando uero serotina admissura erat et conceptus extremus non ponebat eas factaque sunt ea quae erant serotina Laban et quae primi temporis Iacob 30:43 ditatusque est homo ultra modum et habuit greges multos ancillas et seruos camelos et asinos

30:41 And it came to pass, whensoever the stronger cattle did conceive, that Jacob laid the rods before the eyes of the cattle in the gutters, that they might conceive among the rods.

30:42 But when the cattle were feeble, he put them not in: so the feeble were Laban's, and the stronger Jacob's.

30:43 And the man increased exceedingly, and had much cattle, and maidservants, and menservants, and camels, and asses.

31:1 postquam autem audiuit uerba filiorum Laban dicentium tulit Iacob omnia quae fuerunt patris nostri et de illius facultate ditatus factus est inclitus 31:2 animaduertit quoque faciem Laban quod non esset erga se sicut heri et nudius tertius 31:3 maxime dicente sibi Domino reuertere in terram patrum tuorum et ad generationem tuam eroque tecum 31:4 misit et uocauit Rahel et Liam in agrum ubi pascebat greges 31:5 dixitque eis uideo faciem patris uestri quod non sit erga me sicut heri et nudius tertius Deus autem patris mei fuit mecum 31:6 et ipsae nostis quod totis uiribus meis seruierim patri uestro 31:7 sed pater uester circumuenit me et mutauit mercedem meam decem uicibus et tamen non dimisit eum Deus ut noceret mihi 31:8 si quando dixit uariae erunt mercedes tuae pariebant omnes oues uarios fetus quando uero e contrario ait alba quaeque accipies pro mercede omnes greges alba pepererunt 31:9 tulitque Deus substantiam patris uestri et dedit mihi 31:10 postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat leuauit oculos meos et uidi in somnis ascendentes mares super feminas uarios et maculosos et diuersorum colorum 31:11 dixitque angelus Dei ad me in somnis Iacob et ego respondi adsum 31:12 qui ait leua oculos tuos et uide uniuersos masculos ascendentes super feminas uarios respersos atque maculosos uidi enim omnia quae fecit tibi Laban 31:13 ego sum Deus Bethel ubi unxisti lapidem et uotum uouisti mihi nunc ergo

31:1 And he heard the words of Laban's sons, saying, Jacob hath taken away all that was our father's; and of that which was our father's hath he gotten all this glory.

31:2 And Jacob beheld the countenance of Laban, and behold, it was not toward him as before.

31:3 And the LORD said unto Jacob, Return unto the land of thy fathers, and to thy kindred; and I will be with thee.

31:4 And Jacob sent and called Rachel and Leah to the field unto his flock,

31:5 And said unto them, I see your father's countenance, that it is not toward me as before; but the God of my father hath been with me.

31:6 And ye know that with all my power I have served your father.

31:7 And your father hath deceived me, and changed my wages ten times; but God suffered him not to hurt me.

31:8 If he said thus, The speckled shall be thy wages; then all the cattle bare speckled: and if he said thus, The ringstraked shall be thy hire; then bare all the cattle ringstraked.

31:9 Thus God hath taken away the cattle of your father, and given them to me.

31:10 And it came to pass at the time that the cattle conceived, that I lifted up mine eyes, and saw in a dream, and, behold, the rams which leaped upon the cattle were ringstraked, speckled, and grised.

31:11 And the angel of God spake unto me in a dream, saying, Jacob: And I said, Here am I.

31:12 And he said, Lift up now thine eyes, and see, all the rams which leap upon the cattle are ringstraked, speckled, and grised: for I have seen all that Laban doeth unto thee.

31:13 I am the God of Bethel, where thou anointedst the pillar, and where thou vowedst a vow unto me: now arise, get thee out from this land, and return unto the land of thy kindred.

Biblia Sacra Vulgata

31:14 And Rachel and Leah answered and said unto him, Is there yet any portion or inheritance for us in our father's house?

31:15 Are we not counted of him strangers? for he hath sold us, and hath quite devoured also our money.

31:16 For all the riches which God hath taken from our father, that is ours, and our children's: now then, whatsoever God hath said unto thee, do.

31:17 Then Jacob rose up, and set his sons and his wives upon camels;

31:18 And he carried away all his cattle, and all his goods which he had gotten, the cattle of his getting, which he had gotten in Padanaram, for to go to Isaac his father in the land of Canaan.

31:19 And Laban went to shear his sheep: and Rachel had stolen the images that were her father's.

31:20 And Jacob stole away unawares to Laban the Syrian, in that he told him not that he fled.

31:21 So he fled with all that he had; and he rose up, and passed over the river, and set his face toward the mount Gilead.

31:22 And it was told Laban on the third day that Jacob was fled.

31:23 And he took his brethren with him, and pursued after him seven days' journey: and they overtook him in the mount Gilead.

31:24 And God came to Laban the Syrian in a dream by night, and said unto him, Take heed that thou speak not to Jacob either good or bad.

31:25 Then Laban overtook Jacob. Now Jacob had pitched his tent in the mount: and Laban with his brethren pitched in the mount of Gilead.

31:26 And Laban said to Jacob, What hast thou done, that thou hast stolen away unawares to me, and carried away my daughters, as captives taken with the sword?

31:27 Wherefore didst thou flee away secretly, and steal away from me; and didst not tell me, that I might have sent thee away with mirth, and with songs, with tabret, and with harp?

31:28 And hast not suffered me to kiss my sons and my daughters? thou hast now done foolishly in so doing.

31:29 It is in the power of my hand to do you hurt: but the God of your father spake unto me yesternight, saying, Take thou heed that thou speak not to Jacob either good or bad.

31:30 And now, though thou wouldest needs be gone, because thou sore longedst after thy father's house, yet wherefore hast thou stolen my gods?

31:31 And Jacob answered and said to Laban, Because I was afraid: for I said, Peradventure thou wouldest take by force thy daughters from me.

31:32 With whomsoever thou findest thy gods, let him not live: before our brethren discern thou what is thine with me, and take it to thee. For Jacob knew not that Rachel had stolen them.

surge et egredere de terra hac reuertens in terram natiuitatis tuae 31:14 responderunt Rahel et Lia numquid habemus residui quicquam in facultatibus et hereditate domus patris nostri 31:15 nonne quasi alienas reputauit nos et uendidit comeditque pretium nostrum 31:16 sed Deus tulit opes patris nostri et nobis eas tradidit ac filiis nostris unde omnia quae praecepit fac 31:17 surrexit itaque Iacob et inpositis liberis et coniugibus suis super camelos abiit 31:18 tulitque omnem substantiam et greges et quicquid in Mesopotamiam quaesierat pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan 31:19 eo tempore Laban ierat ad tondendas oues et Rahel furata est idola patris sui 31:20 noluitque Iacob confiteri socero quod fugeret 31:21 cumque abisset tam ipse quam omnia quae iuris eius erant et anne transmisso pergeret contra montem Galaad 31:22 nuntiatum est Laban die tertio quod fugeret Iacob 31:23 qui adsumptis fratribus suis persecutus est eum diebus septem et comprehendit in monte Galaad 31:24 uiditque in somnis dicentem sibi Dominum caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob 31:25 iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum cum ille consecutus eum cum fratribus suis in eodem monte Galaad fixit tentorium 31:26 et dixit ad Iacob quare ita egisti ut clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio 31:27 cur ignorante me fugere uoluisti nec indicare mihi ut prosequerer te cum gaudio et canticis et tympanis et cithara 31:28 non es passus ut oscularer filios meos ac filias stulte operatus es et nunc 31:29 ualet quidem manus mea reddere tibi malum sed Deus patris uestri heri dixit mihi caue ne loquaris cum Iacob quicquam durius 31:30 esto ad tuos ire cupiebas et desiderio tibi erat domus patris tui cur furatus es deos meos 31:31 respondit Iacob quod inscio te profectus sum timui ne uiolenter auferres filias tuas 31:32 quod autem furti arguis apud quemcumque inueneris deos tuos necetur coram fra-

Liber Genesis

tribus nostris scrutare quicquid tuorum apud me inueneris et aufer haec dicens ignorabat quod Rahel furata esset idola 31:33 ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob et Liae et utriusque famulae non inuenit cumque intrasset tentorium Rahelis 31:34 illa festinans abscondit idola subter stramen cameli et sedit desuper scrutantique omne tentorium et nihil inuenienti 31:35 ait ne irascatur dominus meus quod coram te adsurgere nequeo quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi sic delusa sollicitudo quaerentis est 31:36 tumensque Iacob cum iurgio ait quam ob culpam meam et ob quod peccatum sic exarsisti post me 31:37 et scrutatus es omnem supellectilem meam quid inuenisti de cuncta substantia domus tuae pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis et iudicent inter me et te 31:38 idcirco uiginti annis fui tecum oues tuae et caprae steriles non fuerunt arietes gregis tui non comedi 31:39 nec captum a bestia ostendi tibi ego damnum omne reddebam quicquid furto perierat a me exigebas 31:40 die noctuque aestu urebar et gelu fugiebat somnus ab oculis meis 31:41 sic per uiginti annos in domo tua seruiui tibi quattuordecim pro filiabus et sex pro gregibus tuis inmutasti quoque mercedem meam decem uicibus 31:42 nisi Deus patris mei Abraham et Timor Isaac adfuisset mihi forsitan modo nudum me dimisisses afflictionem meam et laborem manuum mearum respexit Deus et arguit te heri 31:43 respondit ei Laban filiae et filii et greges tui et omnia quae cernis mea sunt quid possum facere filiis et nepotibus meis 31:44 ueni ergo et ineamus foedus ut sit testimonium inter me et te 31:45 tulit itaque Iacob lapidem et erexit illum in titulum 31:46 dixitque fratribus suis adferte lapides qui congregantes fecerunt tumulum comederuntque super eum 31:47 quem uocauit Laban tumulus Testis et Iacob aceruum Testimonii uterque iuxta proprietatem linguae suae 31:48 dixitque Laban tumulus iste testis erit inter me

31:33 And Laban went into Jacob's tent, and into Leah's tent, and into the two maidservants' tents; but he found them not. Then went he out of Leah's tent, and entered into Rachel's tent.

31:34 Now Rachel had taken the images, and put them in the camel's furniture, and sat upon them. And Laban searched all the tent, but found them not.

31:35 And she said to her father, Let it not displease my lord that I cannot rise up before thee; for the custom of women is upon me. And he searched but found not the images.

31:36 And Jacob was wroth, and chode with Laban; and Jacob answered and said to Laban, What is my trespass? what is my sin, that thou hast so hotly pursued after me?

31:37 Whereas thou hast searched all my stuff, what hast thou found of all thy household stuff? set it here before my brethren and thy brethren, that they may judge betwixt us both.

31:38 This twenty years have I been with thee; thy ewes and thy she goats have not cast their young, and the rams of thy flock have I not eaten.

31:39 That which was torn of beasts I brought not unto thee; I bare the loss of it; of my hand didst thou require it, whether stolen by day, or stolen by night.

31:40 Thus I was; in the day the drought consumed me, and the frost by night; and my sleep departed from mine eyes.

31:41 Thus have I been twenty years in thy house; I served thee fourteen years for thy two daughters, and six years for thy cattle: and thou hast changed my wages ten times.

31:42 Except the God of my father, the God of Abraham, and the fear of Isaac, had been with me, surely thou hadst sent me away now empty. God hath seen mine affliction and the labour of my hands, and rebuked thee yesternight.

31:43 And Laban answered and said unto Jacob, These daughters are my daughters, and these children are my children, and these cattle are my cattle, and all that thou seest is mine: and what can I do this day unto these my daughters, or unto their children which they have born?

31:44 Now therefore come thou, let us make a covenant, I and thou; and let it be for a witness between me and thee.

31:45 And Jacob took a stone, and set it up for a pillar.

31:46 And Jacob said unto his brethren, Gather stones; and they took stones, and made an heap: and they did eat there upon the heap.

31:47 And Laban called it Jegarsahadutha: but Jacob called it Galeed.

31:48 And Laban said, This heap is a witness between me and thee this day. Therefore was the name of it called Galeed;

Biblia Sacra Vulgata

et te hodie et idcirco appellatum est nomen eius Galaad id est tumulus Testis 31:49 intueatur Dominus et iudicet inter nos quando recesserimus a nobis 31:50 si adflixeris filias meas et si introduxeris uxores alias super eas nullus sermonis nostri testis est absque Deo qui praesens respicit 31:51 dixitque rursus ad Iacob en tumulus hic et lapis quem erexi inter me et te 31:52 testis erit tumulus inquam iste et lapis sint in testimonio si aut ego transiero illum pergens ad te aut tu praeterieris malum mihi cogitans 31:53 Deus Abraham et Deus Nahor iudicet inter nos Deus patris eorum iuravit Iacob per Timorem patris sui Isaac 31:54 immolatisque uictimis in monte uocauit fratres suos ut ederent panem qui cum comedissent manserunt ibi 31:55 Laban uero de nocte consurgens osculatus est filios et filias suas et benedixit illis reuersus in locum suum

32:1 Iacob quoque abiit itinere quo coeperat fueruntque ei obuiam angeli Dei 32:2 quos cum uidisset ait castra Dei sunt haec et appellauit nomen loci illius Manaim id est Castra 32:3 misit autem et nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir regionis Edom 32:4 praecepitque eis dicens sic loquimini domino meo Esau haec dicit frater tuus Iacob apud Laban peregrinatus sum et fui usque in praesentem diem 32:5 habeo boues et asinos oues et seruos atque ancillas mittoque nunc legationem ad dominum meum ut inueniam gratiam in conspectu tuo 32:6 reuersi sunt nuntii ad Iacob dicentes uenimus ad Esau fratrem tuum et ecce properat in occursum tibi cum quadringentis uiris 32:7 timuit Iacob ualde et perterritus diuisit populum qui secum erat greges quoque et oues et boues et camelos in duas turmas 32:8 dicens si uenerit Esau ad unam turmam et percusserit eam alia turma quae reliqua est saluabitur 32:9 dixitque Iacob Deus patris mei Abraham et Deus patris mei Isaac Domine qui dixisti mihi reuertere in terram tuam et in locum natiui-

31:49 And Mizpah; for he said, The LORD watch between me and thee, when we are absent one from another.

31:50 If thou shalt afflict my daughters, or if thou shalt take other wives beside my daughters, no man is with us; see, God is witness betwixt me and thee.

31:51 And Laban said to Jacob, Behold this heap, and behold this pillar, which I have cast betwixt me and thee:

31:52 This heap be witness, and this pillar be witness, that I will not pass over this heap to thee, and that thou shalt not pass over this heap and this pillar unto me, for harm.

31:53 The God of Abraham, and the God of Nahor, the God of their father, judge betwixt us. And Jacob swore by the fear of his father Isaac.

31:54 Then Jacob offered sacrifice upon the mount, and called his brethren to eat bread: and they did eat bread, and tarried all night in the mount.

31:55 And early in the morning Laban rose up, and kissed his sons and his daughters, and blessed them: and Laban departed, and returned unto his place.

32:1 And Jacob went on his way, and the angels of God met him.

32:2 And when Jacob saw them, he said, This is God's host: and he called the name of that place Mahanaim.

32:3 And Jacob sent messengers before him to Esau his brother unto the land of Seir, the country of Edom.

32:4 And he commanded them, saying, Thus shall ye speak unto my lord Esau: Thy servant Jacob saith thus, I have sojourned with Laban, and stayed there until now:

32:5 And I have oxen, and asses, flocks, and menservants, and womenservants: and I have sent to tell my lord, that I may find grace in thy sight.

32:6 And the messengers returned to Jacob, saying, We came to thy brother Esau, and also he cometh to meet thee, and four hundred men with him.

32:7 Then Jacob was greatly afraid and distressed: and he divided the people that was with him, and the flocks, and herds, and the camels, into two bands;

32:8 And said, If Esau come to the one company, and smite it, then the other company which is left shall escape.

32:9 And Jacob said, O God of my father Abraham, and God of my father Isaac, the LORD which saidst unto me, Return unto thy country, and to thy kindred, and I will deal well with thee:

Liber Genesis

tatis tuae et benefaciam tibi 32:10 minor sum cunctis miserationibus et ueritate quam explesti seruo tuo in baculo meo transiui Iordanem istum et nunc cum duabus turmis regredior 32:11 erue me de manu fratris mei de manu Esau quia ualde eum timeo ne forte ueniens percutiat matrem cum filiis 32:12 tu locutus es quod bene mihi faceres et dilatares semen meum sicut harenam maris quae prae multitudine numerari non potest 32:13 cumque dormisset ibi nocte illa separauit de his quae habebat munera Esau fratri suo 32:14 capras ducentas hircos uiginti oues ducentas arietes uiginti 32:15 camelos fetas cum pullis suis triginta uaccas quadraginta et tauros uiginti asinas uiginti et pullos earum decem 32:16 et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges dixitque pueris suis antecedit me et sit spatium inter gregem et gregem 32:17 et praecepit priori dicens si obuium habueris Esau fratrem meum et interrogauerit te cuius es et quo uadis et cuius sunt ista quae sequeris 32:18 respondebis serui tui Iacob munera misit domino meo Esau ipse quoque post nos uenit 32:19 similiter mandata dedit secundo ac tertio et cunctis qui sequebantur greges dicens hisdem uerbis loquimini ad Esau cum inueneritis eum 32:20 et addetis ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur dixit enim placabo illum muneribus quae praecedunt et postea uidebo forsitan propitiabitur mihi 32:21 praecesserunt itaque munera ante eum ipse uero mansit nocte illa in Castris 32:22 cumque mature surrexisset tulit duas uxores suas et totidem famulas cum undecim filiis et transiuit uadum Iaboc 32:23 transductisque omnibus quae ad se pertinebant 32:24 remansit solus et ecce uir luctabatur cum eo usque mane 32:25 qui cum uideret quod eum superare non posset tetigit neruum femoris eius et statim emarcuit 32:26 dixitque ad eum dimitte me iam enim ascendit aurora respondit non dimittam te nisi benedixeris mihi 32:27 ait ergo

32:10 I am not worthy of the least of all the mercies, and of all the truth, which thou hast shewed unto thy servant; for with my staff I passed over this Jordan; and now I am become two bands.

32:11 Deliver me, I pray thee, from the hand of my brother, from the hand of Esau: for I fear him, lest he will come and smite me, and the mother with the children.

32:12 And thou saidst, I will surely do thee good, and make thy seed as the sand of the sea, which cannot be numbered for multitude.

32:13 And he lodged there that same night; and took of that which came to his hand a present for Esau his brother;

32:14 Two hundred she goats, and twenty he goats, two hundred ewes, and twenty rams,

32:15 Thirty milch camels with their colts, forty kine, and ten bulls, twenty she asses, and ten foals.

32:16 And he delivered them into the hand of his servants, every drove by themselves; and said unto his servants, Pass over before me, and put a space betwixt drove and drove.

32:17 And he commanded the foremost, saying, When Esau my brother meeteth thee, and asketh thee, saying, Whose art thou? and whither goest thou? and whose are these before thee?

32:18 Then thou shalt say, They be thy servant Jacob's; it is a present sent unto my lord Esau: and, behold, also he is behind us.

32:19 And so commanded he the second, and the third, and all that followed the droves, saying, On this manner shall ye speak unto Esau, when ye find him.

32:20 And say ye moreover, Behold, thy servant Jacob is behind us. For he said, I will appease him with the present that goeth before me, and afterward I will see his face; peradventure he will accept of me.

32:21 So went the present over before him: and himself lodged that night in the company.

32:22 And he rose up that night, and took his two wives, and his two womenservants, and his eleven sons, and passed over the ford Jabbok.

32:23 And he took them, and sent them over the brook, and sent over that he had.

32:24 And Jacob was left alone; and there wrestled a man with him until the breaking of the day.

32:25 And when he saw that he prevailed not against him, he touched the hollow of his thigh; and the hollow of Jacob's thigh was out of joint, as he wrestled with him.

32:26 And he said, Let me go, for the day breaketh. And he said, I will not let thee go, except thou bless me.

32:27 And he said unto him, What is thy name? And he said, Jacob.

Biblia Sacra Vulgata

32:28 And he said, Thy name shall be called no more Jacob, but Israel: for as a prince hast thou power with God and with men, and hast prevailed.

32:29 And Jacob asked him, and said, Tell me, I pray thee, thy name. And he said, Wherefore is it that thou dost ask after my name? And he blessed him there.

32:30 And Jacob called the name of the place Peniel: for I have seen God face to face, and my life is preserved.

32:31 And as he passed over Penuel the sun rose upon him, and he halted upon his thigh.

32:32 Therefore the children of Israel eat not of the sinew which shrank, which is upon the hollow of the thigh, unto this day: because he touched the hollow of Jacob's thigh in the sinew that shrank.

33:1 And Jacob lifted up his eyes, and looked, and, behold, Esau came, and with him four hundred men. And he divided the children unto Leah, and unto Rachel, and unto the two handmaids.

33:2 And he put the handmaids and their children foremost, and Leah and her children after, and Rachel and Joseph hindermost.

33:3 And he passed over before them, and bowed himself to the ground seven times, until he came near to his brother.

33:4 And Esau ran to meet him, and embraced him, and fell on his neck, and kissed him: and they wept.

33:5 And he lifted up his eyes, and saw the women and the children; and said, Who are those with thee? And he said, The children which God hath graciously given thy servant.

33:6 Then the handmaidens came near, they and their children, and they bowed themselves.

33:7 And Leah also with her children came near, and bowed themselves: and after came Joseph near and Rachel, and they bowed themselves.

33:8 And he said, What meanest thou by all this dove which I met? And he said, These are to find grace in the sight of my lord.

33:9 And Esau said, I have enough, my brother; keep that thou hast unto thyself.

33:10 And Jacob said, Nay, I pray thee, if now I have found grace in thy sight, then receive my present at my hand: for therefore I have seen thy face, as though I had seen the face of God, and thou wast pleased with me.

33:11 Take, I pray thee, my blessing that is brought to thee; because God hath dealt graciously with me, and because I have enough. And he urged him, and he took it.

quod nomen est tibi respondit Iacob 32:28 at ille nequaquam inquit Iacob appellabitur nomen tuum sed Israhel quoniam si contra Deum fortis fuisti quanto magis contra homines praeualebis 32:29 interrogavit eum Iacob dic mihi quo appellaris nomine respondit cur quaeris nomen meum et benedixit ei in eodem loco 32:30 uocavitque Iacob nomen loci illius Phanuhel dicens uidi Deum facie ad faciem et salua facta est anima mea 32:31 ortusque est ei statim sol postquam transgressus est Phanuhel ipse uero claudicabat pede 32:32 quam ob causam non comedunt filii Israhel neruum qui emarcuit in femore Iacob usque in praesentem diem eo quod tetigerit neruum femoris eius et obstipuerit

33:1 leuans autem Iacob oculos suos uidit uenientem Esau et cum eo quadringentos uiros diuisitque filios Liae et Rahel ambarumque famularum 33:2 et posuit utramque ancillam et liberos earum in principio Liam uero et filios eius in secundo loco Rahel autem et Ioseph nouissimos 33:3 et ipse praegrediens adorauit pronus in terram septies donec adpropinquaret frater eius 33:4 currens itaque Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum stringensque collum et osculans fleuit 33:5 leuatisque oculis uidit mulieres et paruulos earum et ait quid sibi uolunt isti et si ad te pertinent respondit paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo 33:6 et adpropinquantes ancillae et filii earum incuruati sunt 33:7 accessitque Lia cum liberis suis et cum similiter adorassent extremi Ioseph et Rahel adorauerunt 33:8 quaenam sunt inquit istae turmae quas obuias habui respondit ut inuenirem gratiam coram domino meo 33:9 et ille habeo ait plurima frater mi sint tua tibi 33:10 dixit Iacob noli ita obsecro sed si inueni gratiam in oculis tuis accipe munusculum de manibus meis sic enim uidi faciem tuam quasi uiderim uultum Dei esto mihi propitius 33:11 et suscipe benedictionem quam adtuli tibi et quam donauit mihi Deus tribuens omnia

Liber Genesis

uix fratre compellente suscipiens 33:12 ait gradiamur simul
eroque socius itineris tui 33:13 dixit Iacob nosti domine mi
quod paruulos habeam teneros et oues ac boues fetas me-
cum quas si plus in ambulando fecero laborare morientur
una die cuncti greges 33:14 praecedat dominus meus ante
seruum suum et ego sequar paulatim uestigia eius sicut ui-
dero posse paruulos meos donec ueniam ad dominum meum
in Seir 33:15 respondit Esau oro te ut de populo qui mecum
est saltem socii remaneant uiae tuae non est inquit necesse
hoc uno indigeo ut inueniam gratiam in conspectu domini
mei 33:16 reuersus est itaque illo die Esau itinere quo ue-
nerat in Seir 33:17 et Iacob uenit in Soccoth ubi aedificata
domo et fixis tentoriis appellauit nomen loci illius Soccoth
id est Tabernacula 33:18 transiuitque in Salem urbem Sy-
cimorum quae est in terra Chanaan postquam regressus est
de Mesopotamiam Syriae et habitauit iuxta oppidum 33:19
emitque partem agri in qua fixerat tabernaculum a filiis Emor
patris Sychem centum agnis 33:20 et erecto ibi altari inuo-
cauit super illud Fortissimum Deum Israhel

33:12 And he said, Let us take our journey, and let us go, and I will go before thee.

33:13 And he said unto him, My lord knoweth that the children are tender, and the flocks and herds with young are with me: and if men should overdrive them one day, all the flock will die.

33:14 Let my lord, I pray thee, pass over before his servant: and I will lead on softly, according as the cattle that goeth before me and the children be able to endure, until I come unto my lord unto Seir.

33:15 And Esau said, Let me now leave with thee some of the folk that are with me. And he said, What needeth it? let me find grace in the sight of my lord.

33:16 So Esau returned that day on his way unto Seir.

33:17 And Jacob journeyed to Succoth, and built him an house, and made booths for his cattle: therefore the name of the place is called Succoth.

33:18 And Jacob came to Shalem, a city of Shechem, which is in the land of Canaan, when he came from Padanaram; and pitched his tent before the city.

33:19 And he bought a parcel of a field, where he had spread his tent, at the hand of the children of Hamor, Shechem's father, for an hundred pieces of money.

33:20 And he erected there an altar, and called it Elelohe-Israel.

34:1 egressa est autem Dina filia Liae ut uideret mulie-
res regionis illius 34:2 quam cum uidisset Sychem filius
Emor Euei princeps terrae illius adamauit et rapuit et dor-
miuit cum illa ui opprimens uirginem 34:3 et conglutinata
est anima eius cum ea tristemque blanditiis deliniuit 34:4
et pergens ad Emor patrem suum accipe mihi inquit puel-
lam hanc coniugem 34:5 quod cum audisset Iacob absentibus
filiis et in pastu occupatis pecorum siluit donec rediient
34:6 egresso autem Emor patre Sychem ut loqueretur ad Ia-
cob 34:7 ecce filii eius ueniebant de agro auditoque quod
acciderat irati sunt ualde eo quod foedam rem esset opera-
tus in Israhel et uiolata filia Iacob rem inlicitam perpetrasset
34:8 locutus est itaque Emor ad eos Sychem filii mei adhesit
anima filiae uestrae date eam illi uxorem 34:9 et iungamus

34:1 And Dinah the daughter of Leah, which she bare unto Jacob, went out to see the daughters of the land.

34:2 And when Shechem the son of Hamor the Hivite, prince of the country, saw her, he took her, and lay with her, and defiled her.

34:3 And his soul clave unto Dinah the daughter of Jacob, and he loved the damsel, and spake kindly unto the damsel.

34:4 And Shechem spake unto his father Hamor, saying, Get me this damsel to wife.

34:5 And Jacob heard that he had defiled Dinah his daughter: now his sons were with his cattle in the field: and Jacob held his peace until they were come.

34:6 And Hamor the father of Shechem went out unto Jacob to commune with him.

34:7 And the sons of Jacob came out of the field when they heard it: and the men were grieved, and they were very wroth, because he had wrought folly in Israel in lying with Jacob's daughter: which thing ought not to be done.

34:8 And Hamor communed with them, saying, The soul of my son Shechem longeth for your daughter: I pray you give her him to wife.

34:9 And make ye marriages with us, and give your daughters unto us, and take our daughters unto you.

Biblia Sacra Vulgata

34:10 And ye shall dwell with us: and the land shall be before you; dwell and trade ye therein, and get you possessions therein.

34:11 And Shechem said unto her father and unto her brethren, Let me find grace in your eyes, and what ye shall say unto me I will give.

34:12 Ask me never so much dowry and gift, and I will give according as ye shall say unto me: but give me the damsel to wife.

34:13 And the sons of Jacob answered Shechem and Hamor his father deceitfully, and said, because he had defiled Dinah their sister:

40:1 his ita gestis accidit ut peccarent duo eunuchi pincerna regis Aegypti et pistor domino suo 40:2 iratusque Pharaoh contra eos nam alter pincernis praeerat alter pistoribus 40:3 misit eos in carcerem principis militum in quo erat uinctus et Ioseph 40:4 at custos carceris tradidit eos Ioseph qui et ministrabat eis aliquantum temporis fluxerat et illi in custodia tenebantur 40:5 uideruntque ambo somnium nocte una iuxta interpretationem congruam sibi 40:6 ad quos cum introisset Ioseph mane et uidisset eos tristes 40:7 sciscitatus est dicens cur tristior est hodie solito facies uestra 40:8 qui responderunt somnium uidimus et non est qui interpretetur nobis dixitque ad eos Ioseph numquid non Dei est interpretatio referte mihi quid uideritis 40:9 narrauit prior praepositus pincernarum somnium uidebam coram me uitem 40:10 in qua erant tres propagines crescere paulatim gemmas et post flores uuas maturescere 40:11 calicemque Pharaonis in manu mea tuli ergo uuas et expressi in calicem quem tenebam et tradidi poculum Pharaoni 40:12 respondit Ioseph haec est interpretatio somnii tres propagines tres adhuc dies sunt 40:13 post quos recordabitur Pharaoh magisterii tui et restituet te in gradum pristinum dabisque ei calicem iuxta officium tuum sicut facere ante consueueras 40:14 tantum memento mei cum tibi bene fuerit et facies mecum misericordiam ut suggeras Pharaoni et educat me de isto carcere 40:15 quia furto sublatus sum de terra Hebraeorum et hic innocens in lacum missus sum 40:16 uidens pistorum magister quod prudenter somnium dissoluisset ait et ego uidi somnium quod haberem tria canistra farinae super caput meum 40:17 et in uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria auesque co-

Liber Genesis

medere ex eo 40:18 respondit Ioseph haec est interpretatio somnii tria canistra tres adhuc dies sunt 40:19 post quos auferet Pharaon caput tuum ac suspendet te in cruce et lacera-bunt uolucres carnes tuas 40:20 exin dies tertius natalicius Pharaonis erat qui faciens grande conuiuium pueris suis re-cordatus est inter epulas magistri pincernarum et pistorum principis 40:21 restituitque alterum in locum suum ut por-rigeret regi poculum 40:22 alterum suspendit in patibulo ut coniectoris ueritas probaretur 40:23 et tamen succedentibus prosperis praepositus pincernarum oblitus est interpretis sui

41:1 post duos annos uidit Pharaon somnium putabat se stare super fluuium 41:2 de quo ascendebant septem boues pulchrae et crassae nimis et pascebantur in locis palustribus 41:3 aliae quoque septem emergebant de flumine foedae con-fectaeque macie et pascebantur in ipsa annis ripa in locis uirentibus 41:4 deuoraueruntque eas quarum mira species et habitudo corporum erat expergefactus Pharaon 41:5 rur-sum dormiuit et uidit alterum somnium septem spicae pul-lulabant in culmo uno plenae atque formonsae 41:6 aliae quoque totidem spicae tenues et percussae uredine orieban-tur 41:7 deuorantes omnem priorum pulchritudinem euigi-lans post quietem 41:8 et facto mane pauore perterritus mi-sit ad coniectores Aegypti cunctosque sapientes et accersi-tis narrauit somnium nec erat qui interpretaretur 41:9 tunc demum reminiscens pincernarum magister ait confiteor pec-catum meum 41:10 iratus rex seruis suis me et magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum 41:11 ubi una nocte uterque uidimus somnium praesagum futuro-rum 41:12 erat ibi puer hebraeus eiusdem ducis militum fa-mulus cui narrantes somnia 41:13 audiuius quicquid post-ea rei probauit euentus ego enim redditus sum officio meo et ille suspensus est in cruce 41:14 protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt ac ueste mutata obtu-

40:18 And Joseph answered and said, This is the interpre-tation thereof: The three baskets are three days:

40:19 Yet within three days shall Pharaoh lift up thy head from off thee, and shall hang thee on a tree; and the birds shall eat thy flesh from off thee.

40:20 And it came to pass the third day, which was Pharaoh's birthday, that he made a feast unto all his ser-vants: and he lifted up the head of the chief butler and of the chief baker among his servants.

40:21 And he restored the chief butler unto his butlership again; and he gave the cup into Pharaoh's hand:

40:22 But he hanged the chief baker: as Joseph had inter-preted to them.

40:23 Yet did not the chief butler remember Joseph, but forgat him.

41:1 And it came to pass at the end of two full years, that Pharaoh dreamed: and, behold, he stood by the river.

41:2 And, behold, there came up out of the river seven well favoured kine and fattleshed; and they fed in a meadow.

41:3 And, behold, seven other kine came up after them out of the river, ill favoured and leanfleshed; and stood by the other kine upon the brink of the river.

41:4 And the ill favoured and leanfleshed kine did eat up the seven well favoured and fat kine. So Pharaoh awoke.

41:5 And he slept and dreamed the second time: and, be-hold, seven ears of corn came up upon one stalk, rank and good.

41:6 And, behold, seven thin ears and blasted with the east wind sprung up after them.

41:7 And the seven thin ears devoured the seven rank and full ears. And Pharaoh awoke, and, behold, it was a dream.

41:8 And it came to pass in the morning that his spirit was troubled; and he sent and called for all the magicians of Egypt, and all the wise men thereof; and Pharaoh told them his dream; but there was none that could interpret them unto Pharaoh.

41:9 Then spake the chief butler unto Pharaoh, saying, I do remember my faults this day:

41:10 Pharaoh was wroth with his servants, and put me in ward in the captain of the guard's house, both me and the chief baker:

41:11 And we dreamed a dream in one night, I and he; we dreamed each man according to the interpretation of his dream.

41:12 And there was there with us a young man, an He-brew, servant to the captain of the guard; and we told him, and he interpreted to us our dreams; to each man accord-ing to his dream he did interpret.

41:13 And it came to pass, as he interpreted to us, so it was; me he restored unto mine office, and him he hanged.

41:14 Then Pharaoh sent and called Joseph, and they brought him hastily out of the dungeon: and he shaved himself, and changed his raiment, and came in unto Pharaoh.

Biblia Sacra Vulgata

41:15 And Pharaoh said unto Joseph, I have dreamed a dream, and there is none that can interpret it: and I have heard say of thee, that thou canst understand a dream to interpret it.

41:16 And Joseph answered Pharaoh, saying, It is not in me: God shall give Pharaoh an answer of peace.

41:17 And Pharaoh said unto Joseph, In my dream, behold, I stood upon the bank of the river:

41:18 And, behold, there came up out of the river seven kine, fattished and well favoured; and they fed in a meadow:

41:19 And, behold, seven other kine came up after them, poor and very ill favoured and leanfleshed, such as I never saw in all the land of Egypt for badness:

41:20 And the lean and the ill favoured kine did eat up the first seven fat kine:

41:21 And when they had eaten them up, it could not be known that they had eaten them: but they were still ill favoured, as at the beginning. So I awoke.

41:22 And I saw in my dream, and, behold, seven ears came up in one stalk, full and good:

41:23 And, behold, seven ears, withered, thin, and blasted with the east wind, sprung up after them:

41:24 And the thin ears devoured the seven good ears: and I told this unto the magicians; but there was none that could declare it to me.

41:25 And Joseph said unto Pharaoh, The dream of Pharaoh is one: God hath shewed Pharaoh what he is about to do.

41:26 The seven good kine are seven years; and the seven good ears are seven years: the dream is one.

41:27 And the seven thin and ill favoured kine that came up after them are seven years; and the seven empty ears blasted with the east wind shall be seven years of famine.

41:28 This is the thing which I have spoken unto Pharaoh: What God is about to do he sheweth unto Pharaoh.

41:29 Behold, there come seven years of great plenty throughout all the land of Egypt:

41:30 And there shall arise after them seven years of famine; and all the plenty shall be forgotten in the land of Egypt; and the famine shall consume the land;

41:31 And the plenty shall not be known in the land by reason of that famine following; for it shall be very grievous.

41:32 And for that the dream was doubled unto Pharaoh twice; it is because the thing is established by God, and God will shortly bring it to pass.

41:33 Now therefore let Pharaoh look out a man discreet and wise, and set him over the land of Egypt.

41:34 Let Pharaoh do this, and let him appoint officers over the land, and take up the fifth part of the land of Egypt in the seven plenteous years.

lerunt ei 41:15 cui ille ait uidi somnia nec est qui edisserat quae audiui te prudentissime conicere 41:16 respondit Ioseph absque me Deus respondebit prospera Pharaoni 41:17 narrauit ergo ille quod uiderat putabam me stare super ripam fluminis 41:18 et septem boues de amne conscendere pulchras nimis et obesis carnibus quae in pastu paludis uirecta carpebant 41:19 et ecce has sequebantur aliae septem boues in tantum deformes et macilentae ut numquam tales in terra Aegypti uiderim 41:20 quae deuoratis et consumptis prioribus 41:21 nullum saturitatis dedere uestigium sed simili macie et squalore torpebant euigilans rursus sopore depressus 41:22 uidi somnium septem spicae pullulabant in culmo uno plenae atque pulcherrimae 41:23 aliae quoque septem tenues et percussae uredine oriebantur stipula 41:24 quae priorum pulchritudinem deuorarunt narraui coniectoibus somnium et nemo est qui edisserat 41:25 respondit Ioseph somnium unum est quae facturus est Deus ostendit Pharaoni 41:26 septem boues pulchrae et septem spicae plenae septem ubertatis anni sunt eandemque uim somnii comprehendunt 41:27 septem quoque boues tenues atque macilentae quae ascenderunt post eas et septem spicae tenues et uento urente percussae septem anni sunt uenturae famis 41:28 qui hoc ordine complebuntur 41:29 ecce septem anni uenient fertilitatis magnae in uniuersa terra Aegypti 41:30 quos sequentur septem anni alii tantae sterilitatis ut obliuioni tradatur cuncta retro abundantia consumptura est enim fames omnem terram 41:31 et ubertatis magnitudinem perditura inopiae magnitudo 41:32 quod autem uidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium firmitatis indicium est eo quod fiat sermo Dei et uelocius impleatur 41:33 nunc ergo prouideat rex uirum sapientem et industrium et praeficiat eum terrae Aegypti 41:34 qui constituat praepositos per singulas regiones et quintam partem fruc-

Liber Genesis

tuum per septem annos fertilitatis 41:35 qui iam nunc futuri sunt congregent in horrea et omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur serueturque in urbibus 41:36 et pareatur futurae septem annorum fami quae pressura est Aegyptum et non consumetur terra inopia 41:37 placuit Pharaoni consilium et cunctis ministris eius 41:38 locutusque est ad eos num inuenire poterimus talem uirum qui spiritu Dei plenus sit 41:39 dixit ergo ad Ioseph quia ostendit Deus tibi omnia quae locutus es numquid sapientiozem et similem tui inuenire potero 41:40 tu eris super domum meam et ad tui oris imperium cunctus populus oboediet uno tantum regni solio te praecedam 41:41 dicens quoque rursum Pharaon ad Ioseph ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti 41:42 tulit anulum de manu sua et dedit in manu eius uestiuitque eum stola byssina et collo torquem auream circumposuit 41:43 fecitque ascendere super currum suum secundum clamante praecone ut omnes coram eo genuflecterent et praepositum esse scirent uniuersae terrae Aegypti 41:44 dixit quoque rex ad Ioseph ego sum Pharaon absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti 41:45 uertitque nomen illius et uocauit eum lingua aegyptiaca Saluatorem mundi dedit quoque illi uxorem Aseneth filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos egressus itaque Ioseph ad terram Aegypti 41:46 triginta autem erat annorum quando stetit in conspectu regis Pharaonis circuiuit omnes regiones Aegypti 41:47 uenitque fertilitas septem annorum et in manipulos redactae segetes congregatae sunt in horrea Aegypti 41:48 omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est 41:49 tantaque fuit multitudo tritici ut harenae maris coaequaretur et copia mensuram excederet 41:50 nati sunt autem Ioseph filii duo antequam ueniret famas quos ei peperit Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos 41:51 uocauitque nomen primoge-

41:35 And let them gather all the food of those good years that come, and lay up corn under the hand of Pharaoh, and let them keep food in the cities.

41:36 And that food shall be for store to the land against the seven years of famine, which shall be in the land of Egypt; that the land perish not through the famine.

41:37 And the thing was good in the eyes of Pharaoh, and in the eyes of all his servants.

41:38 And Pharaoh said unto his servants, Can we find such a one as this is, a man in whom the Spirit of God is?

41:39 And Pharaoh said unto Joseph, Forasmuch as God hath shewed thee all this, there is none so discreet and wise as thou art:

41:40 Thou shalt be over my house, and according unto thy word shall all my people be ruled: only in the throne will I be greater than thou.

41:41 And Pharaoh said unto Joseph, See, I have set thee over all the land of Egypt.

41:42 And Pharaoh took off his ring from his hand, and put it upon Joseph's hand, and arrayed him in vestures of fine linen, and put a gold chain about his neck;

41:43 And he made him to ride in the second chariot which he had; and they cried before him, Bow the knee: and he made him ruler over all the land of Egypt.

41:44 And Pharaoh said unto Joseph, I am Pharaoh, and without thee shall no man lift up his hand or foot in all the land of Egypt.

41:45 And Pharaoh called Joseph's name Zaphnath-paaneah; and he gave him to wife Aseneth the daughter of Potipherah priest of On. And Joseph went out over all the land of Egypt.

41:46 And Joseph was thirty years old when he stood before Pharaoh king of Egypt. And Joseph went out from the presence of Pharaoh, and went throughout all the land of Egypt.

41:47 And in the seven plenteous years the earth brought forth by handfuls.

41:48 And he gathered up all the food of the seven years, which were in the land of Egypt, and laid up the food in the cities: the food of the field, which was round about every city, laid he up in the same.

41:49 And Joseph gathered corn as the sand of the sea, very much, until he left numbering: for it was without number.

41:50 And unto Joseph were born two sons before the years of famine came, which Aseneth the daughter of Potipherah priest of On bare unto him.

41:51 And Joseph called the name of the firstborn Manasseh: For God, said he, hath made me forget all my toil, and all my father's house.

Biblia Sacra Vulgata

41:52 And the name of the second called he Ephraim: For God hath caused me to be fruitful in the land of my affliction.

41:53 And the seven years of plenteousness, that was in the land of Egypt, were ended.

41:54 And the seven years of dearth began to come, according as Joseph had said: and the dearth was in all lands; but in all the land of Egypt there was bread.

41:55 And when all the land of Egypt was famished, the people cried to Pharaoh for bread: and Pharaoh said unto all the Egyptians, Go unto Joseph: what he saith to you, do.

41:56 And the famine was over all the face of the earth: and Joseph opened all the storehouses, and sold unto the Egyptians; and the famine waxed sore in the land of Egypt.

41:57 And all countries came into Egypt to Joseph for to buy corn; because that the famine was so sore in all lands.

42:1 Now when Jacob saw that there was corn in Egypt, Jacob said unto his sons, Why do ye look one upon another?

42:2 And he said, Behold, I have heard that there is corn in Egypt: get ye down thither, and buy for us from thence; that we may live, and not die.

42:3 And Joseph's ten brethren went down to buy corn in Egypt.

42:4 But Benjamin, Joseph's brother, Jacob sent not with his brethren; for he said, Lest peradventure mischief befall him.

42:5 And the sons of Israel came to buy corn among those that came: for the famine was in the land of Canaan.

42:6 And Joseph was the governor over the land, and he it was that sold to all the people of the land: and Joseph's brethren came, and bowed down themselves before him with their faces to the earth.

42:7 And Joseph saw his brethren, and he knew them, but made himself strange unto them, and spake roughly unto them; and he said unto them, Whence come ye? And they said, From the land of Canaan to buy food.

42:8 And Joseph knew his brethren, but they knew not him.

42:9 And Joseph remembered the dreams which he dreamed of them, and said unto them, Ye are spies; to see the nakedness of the land ye are come.

42:10 And they said unto him, Nay, my lord, but to buy food are thy servants come.

42:11 We are all one man's sons; we are true men, thy servants are no spies.

niti Manasse dicens obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum et domum patris mei 41:52 nomen quoque secundi appellauit Ephraim dicens crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae 41:53 igitur transactis septem annis ubertatis qui fuerant in Aegypto 41:54 coeperunt uenire septem anni inopiae quos praedixerat Ioseph et in uniuerso orbe fames praeualuit in cuncta autem terra Aegypti erat panis 41:55 qua esuriante clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens quibus ille respondit ite ad Ioseph et quicquid uobis dixerit facite 41:56 crescebat autem cotidie fames in omni terra aperuitque Ioseph uniuersa horrea et uendebat Aegyptiis nam et illos oppresserat fames 41:57 omnesque prouinciae ueniebant in Aegyptum ut emerent escas et malum inopiae temperarent

42:1 audiens autem Iacob quod alimenta uenderentur in Aegypto dixit filiis suis quare neglegitis 42:2 audiui quod triticum uenundetur in Aegypto descendite et emite nobis necessaria ut possimus uiuere et non consumamur inopia 42:3 descendentes igitur fratres Ioseph decem ut emerent frumenta in Aegypto 42:4 Benjamin domi retento ab Iacob qui dixerat fratribus eius ne forte in itinere quicquam patiatur mali 42:5 ingressi sunt terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendum erat autem fames in terra Chanaan 42:6 et Ioseph princeps Aegypti atque ad illius nutum frumenta populis uendebantur cumque adorassent eum fratres sui 42:7 et agnouisset eos quasi ad alienos durius loquebatur interrogans eos unde uenistis qui responderunt de terra Chanaan ut emamus uictui necessaria 42:8 et tamen fratres ipse cognoscens non est agnitus ab eis 42:9 recordatusque somniorum quae aliquando uiderat ait exploratores estis ut uideatis infirmiora terrae uenistis 42:10 qui dixerunt non est ita domine sed serui tui uenerunt ut emerent cibos 42:11 omnes filii unius uiri sumus pacifici uenimus nec quicquam famuli

Liber Genesis

tui machinantur mali 42:12 quibus ille respondit aliter est
inmunita terrae huius considerare uenistis 42:13 et illi duo-
decim inquit serui tui fratres sumus filii uiri unius in terra
Chanaan minimus cum patre nostro est alius non est super
42:14 hoc est ait quod locutus sum exploratores estis 42:15
iam nunc experimentum uestri capiam per salutem Pharaonis
non egrediemini hinc donec ueniat frater uester minimus
42:16 mittite e uobis unum et adducat eum uos autem eritis
in uinculis donec probentur quae dixistis utrum falsa an uera
sint alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis 42:17
tradidit ergo eos custodiae tribus diebus 42:18 die autem
tertio eductis de carcere ait facite quod dixi et uiuetis Deum
enim timeo 42:19 si pacifici estis frater uester unus ligetur
in carcere uos autem abite et ferte frumenta quae emistis in
domos uestras 42:20 et fratrem uestrum minimum ad me
adducite ut possim uestros probare sermones et non moria-
mini fecerunt ut dixerat 42:21 et locuti sunt inuicem merito
haec patimur quia peccauimus in fratrem nostrum uidentes
angustiam animae illius cum deprecaretur nos et non audi-
uimus idcirco uenit super nos ista tribulatio 42:22 e quibus
unus Ruben ait numquid non dixi uobis nolite peccare in
puerum et non audistis me en sanguis eius exquiritur 42:23
nesciebant autem quod intellegeret Ioseph eo quod per inter-
pretem loquebatur ad eos 42:24 auertitque se parumper et
fleuit et reuersus locutus est ad eos 42:25 tollens Symeon et
ligans illis praesentibus iussitque ministris ut implerent sac-
cos eorum tritico et reponerent pecunias singulorum in sac-
culis suis datis supra cibariis in uia qui fecerunt ita 42:26 at
illi portantes frumenta in asinis profecti sunt 42:27 aperto-
que unus sacco ut daret iumento pabulum in diuersorio con-
templatus pecuniam in ore sacculi 42:28 dixit fratribus suis
reddita est mihi pecunia en habetur in sacco et obstupefacti
turbatique dixerunt mutuo quidnam est hoc quod fecit no-

42:12 And he said unto them, Nay, but to see the nakedness of the land ye are come.

42:13 And they said, Thy servants are twelve brethren, the sons of one man in the land of Canaan; and, behold, the youngest is this day with our father, and one is not.

42:14 And Joseph said unto them, That is it that I spake unto you, saying, Ye are spies:

42:15 Hereby ye shall be proved: By the life of Pharaoh ye shall not go forth hence, except your youngest brother come hither.

42:16 Send one of you, and let him fetch your brother, and ye shall be kept in prison, that your words may be proved, whether there be any truth in you: or else by the life of Pharaoh surely ye are spies.

42:17 And he put them all together into ward three days.

42:18 And Joseph said unto them the third day, This do, and live; for I fear God:

42:19 If ye be true men, let one of your brethren be bound in the house of your prison: go ye, carry corn for the famine of your houses:

42:20 But bring your youngest brother unto me; so shall your words be verified, and ye shall not die. And they did so.

42:21 And they said one to another, We are verily guilty concerning our brother, in that we saw the anguish of his soul, when he besought us, and we would not hear; therefore is this distress come upon us.

42:22 And Reuben answered them, saying, Spake I not unto you, saying, Do not sin against the child; and ye would not hear? therefore, behold, also his blood is required.

42:23 And they knew not that Joseph understood them: for he spake unto them by an interpreter.

42:24 And he turned himself about from them, and wept; and returned to them again, and commanded with them, and took from them Simeon, and bound him before their eyes.

42:25 Then Joseph commanded to fill their sacks with corn, and to restore every man's money into his sack, and to give them provision for the way: and thus did he unto them.

42:26 And they laded their asses with the corn, and departed thence.

42:27 And as one of them opened his sack to give his ass provender in the inn, he espied his money: for, behold, it was in his sack's mouth.

42:28 And he said unto his brethren, My money is restored; and, lo, it is even in my sack: and their heart failed them, and they were afraid, saying one to another, What is this that God hath done unto us?

Biblia Sacra Vulgata

42:29 And they came unto Jacob their father unto the land of Canaan, and told him all that befell unto them; saying,

42:30 The man, who is the lord of the land, spake roughly to us, and took us for spies of the country.

42:31 And we said unto him, We are true men; we are no spies:

42:32 We be twelve brethren, sons of our father; one is not, and the youngest is this day with our father in the land of Canaan.

42:33 And the man, the lord of the country, said unto us, Hereby shall I know that ye are true men; leave one of your brethren here with me, and take food for the famine of your households, and be gone:

42:34 And bring your youngest brother unto me: then shall I know that ye are no spies, but that ye are true men: so will I deliver you your brother, and ye shall traffick in the land.

42:35 And it came to pass as they emptied their sacks, that, behold, every man's bundle of money was in his sack: and when both they and their father saw the bundles of money, they were afraid.

42:36 And Jacob their father said unto them, Me have ye bereaved of my children: Joseph is not, and Simeon is not, and ye will take Benjamin away: all these things are against me.

42:37 And Reuben spake unto his father, saying, Slay my two sons, if I bring him not to thee: deliver him into my hand, and I will bring him to thee again.

42:38 And he said, My son shall not go down with you; for his brother is dead, and he is left alone: if mischief befall him by the way in the which ye go, then shall ye bring down my gray hairs with sorrow to the grave.

43:1 And the famine was sore in the land.

43:2 And it came to pass, when they had eaten up the corn which they had brought out of Egypt, their father said unto them, Go again, buy us a little food.

43:3 And Judah spake unto him, saying, The man did solemnly protest unto us, saying, Ye shall not see my face, except your brother be with you.

43:4 If thou wilt send our brother with us, we will go down and buy thee food:

43:5 But if thou wilt not send him, we will not go down: for the man said unto us, Ye shall not see my face, except your brother be with you.

43:6 And Israel said, Wherefore dealt ye so ill with me, as to tell the man whether ye had yet a brother?

bis Deus 42:29 ueneruntque ad Iacob patrem suum in terra Chanaan et narrauerunt ei omnia quae accidissent sibi dicentes 42:30 locutus est nobis dominus terrae dure et putauit nos exploratores prouinciae 42:31 cui respondimus pacifici sumus nec ullas molimur insidias 42:32 duodecim fratres uno patre geniti sumus unus non est super minimus cum patre uersatur in terra Chanaan 42:33 qui ait nobis sic probabo quod pacifici sitis fratrem uestrum unum dimittite apud me et cibaria domibus uestris necessaria sumite et abite 42:34 fratremque uestrum minimum adducite ad me ut sciam quod non sitis exploratores et istum qui tenetur in uinculis recipere possitis ac deinceps emendi quae uultis habeatis licentiam 42:35 his dictis cum frumenta effunderent singuli reppererunt in ore saccorum ligatas pecunias exterritisque simul omnibus 42:36 dixit pater Iacob absque liberis me esse fecistis Ioseph non est super Symeon tenetur in uinculis Benjamin auferetis in me haec mala omnia reciderunt 42:37 cui respondit Ruben duos filios meos interfice si non reduxero illum tibi trade in manu mea et ego eum restituum 42:38 at ille non descendet inquit filius meus uobiscum frater eius mortuus est ipse solus remansit si quid ei aduersi acciderit in terra ad quam pergitis deducetis canos meos cum dolore ad inferos

43:1 interim fames omnem terram uehementer premebat 43:2 consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant dixit Iacob ad filios suos reuertimini et emite pauxillum escarum 43:3 respondit Iudas denuntiauit nobis uir ille sub testificatione iurandi dicens non uidebitis faciem meam nisi fratrem uestrum minimum adduxeritis uobiscum 43:4 si ergo uis mittere eum nobiscum pergemus pariter et ememus tibi necessaria 43:5 si autem non uis non ibimus uir enim ut saepe diximus denuntiauit nobis dicens non uidebitis faciem meam absque fratre uestro minimo 43:6 dixit eis Israhel in meam hoc fecistis miseriam ut indicaretis ei et alium habere uos

Liber Genesis

fratrem 43:7 at illi responderunt interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem si pater uiueret si haberemus fratrem et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus numquid scire poteramus quod dicturus esset adducite uobiscum fratrem uestrum 43:8 Iudas quoque dixit patri suo mitte puerum mecum ut proficiscamur et possimus uiuere ne moriamur nos et paruuli nostri 43:9 ego suscipio puerum de manu mea require illum nisi reduxero et tradidero eum tibi ero peccati in te reus omni tempore 43:10 si non intercessisset dilatio iam uice altera uenisset 43:11 igitur Israhel pater eorum dixit ad eos si sic necesse est facite quod uultis sumite de optimis terrae fructibus in uasis uestris et deferte uiro munera modicum resinae et mellis et styracis et stactes et terebinthi et amigdalarum 43:12 pecuniamque duplicem ferte uobiscum et illam quam inuenistis in sacculis reportate ne forte errore factum sit 43:13 sed et fratrem uestrum tollite et ite ad uirum 43:14 Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem et remittat uobiscum fratrem uestrum quem tenet et hunc Benjamin ego autem quasi orbatus absque liberis ero 43:15 tulerunt ergo uiri munera et pecuniam duplicem et Benjamin descenduntque in Aegyptum et steterunt coram Ioseph 43:16 quos cum ille uidisset et Benjamin simul praecepit dispensatori domus suae dicens introduc uiros domum et occide uictimas et instrue conuiuium quoniam mecum sunt comesuri meridie 43:17 fecit ille sicut fuerat imperatum et introduxit uiros domum 43:18 ibique exterriti dixerunt mutuo propter pecuniam quam rettulimus prius in saccis nostris introducti sumus ut deuoluat in nos calumniam et uiolenter subiciat seruituti et nos et asinos nostros 43:19 quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem 43:20 locuti sunt oramus domine ut audias iam ante descendimus ut emeremus escas 43:21 quibus emptis cum uenisset ad diuersorium

43:7 And they said, The man asked us straitly of our state, and of our kindred, saying, Is your father yet alive? have ye another brother? and we told him according to the tenor of these words: could we certainly know that he would say, Bring your brother down?

43:8 And Judah said unto Israel his father, Send the lad with me, and we will arise and go; that we may live, and not die, both we, and thou, and also our little ones.

43:9 I will be surety for him; of my hand shalt thou require him: if I bring him not unto thee, and set him before thee, then let me bear the blame for ever:

43:10 For except we had lingered, surely now we had returned this second time.

43:11 And their father Israel said unto them, If it must be so now, do this; take of the best fruits in the land in your vessels, and carry down the man a present, a little balm, and a little honey, spices, and myrrh, nuts, and almonds:

43:12 And take double money in your hand; and the money that was brought again in the mouth of your sacks, carry it again in your hand; peradventure it was an oversight:

43:13 Take also your brother, and arise, go again unto the man:

43:14 And God Almighty give you mercy before the man, that he may send away your other brother, and Benjamin. If I be bereaved of my children, I am bereaved.

43:15 And the men took that present, and they took double money in their hand and Benjamin; and rose up, and went down to Egypt, and stood before Joseph.

43:16 And when Joseph saw Benjamin with them, he said to the ruler of his house, Bring these men home, and slay, and make ready; for these men shall dine with me at noon.

43:17 And the man did as Joseph bade; and the man brought the men into Joseph's house.

43:18 And the men were afraid, because they were brought into Joseph's house; and they said, Because of the money that was returned in our sacks at the first time are we brought in; that he may seek occasion against us, and fall upon us, and take us for bondmen, and our asses.

43:19 And they came near to the steward of Joseph's house, and they communed with him at the door of the house,

43:20 And said, O sir, we came indeed down at the first time to buy food:

43:21 And it came to pass, when we came to the inn, that we opened our sacks, and, behold, every man's money was in the mouth of his sack, our money in full weight: and we have brought it again in our hand.

Biblia Sacra Vulgata

43:22 And other money have we brought down in our hands to buy food: we cannot tell who put our money in our sacks.

43:23 And he said, Peace be to you, fear not: your God, and the God of your father, hath given you treasure in your sacks: I had your money. And he brought Simeon out unto them.

43:24 And the man brought the men into Joseph's house, and gave them water, and they washed their feet; and he gave their asses provender.

43:25 And they made ready the present against Joseph came at noon: for they heard that they should eat bread there.

43:26 And when Joseph came home, they brought him the present which was in their hand into the house, and bowed themselves to him to the earth.

43:27 And he asked them of their welfare, and said, Is your father well, the old man of whom ye spake? Is he yet alive?

43:28 And they answered, Thy servant our father is in good health, he is yet alive. And they bowed down their heads, and made obeisance.

43:29 And he lifted up his eyes, and saw his brother Benjamin, his mother's son, and said, Is this your younger brother, of whom ye spake unto me? And he said, God be gracious unto thee, my son.

43:30 And Joseph made haste: for his bowels did yearn upon his brother: and he sought where to weep, and he entered into his chamber, and wept there.

43:31 And he washed his face, and went out, and refrained himself, and said, Set on bread.

43:32 And they set on for him by himself, and for them by themselves, and for the Egyptians, which did eat with him, by themselves: because the Egyptians might not eat bread with the Hebrews; for that is an abomination unto the Egyptians.

43:33 And they sat before him, the firstborn according to his birthright, and the youngest according to his youth: and the men marvelled one at another.

43:34 And he took and sent messes unto them from before him: but Benjamin's mess was five times so much as any of their's. And they drank, and were merry with him.

aperuimus sacculos nostros et inuenimus pecuniam in ore saccorum quam nunc eodem pondere reportamus 43:22 sed et aliud adtulimus argentum ut emamus quae necessaria sunt non est in nostra conscientia quis eam posuerit in marsuppiis nostris 43:23 at ille respondit pax uobiscum nolite timere Deus uester et Deus patris uestri dedit uobis thesauros in sacculis uestris nam pecuniam quam dedistis mihi probatam ego habeo eduxitque ad eos Symeon 43:24 et introductis domum adtulit aquam et lauerunt pedes suos deditque pabula asinis eorum 43:25 illi uero parabant munera donec ingrederetur Ioseph meridie audierant enim quod ibi comensuri essent panem 43:26 igitur ingressus est Ioseph domum suam obtuleruntque ei munera tenentes in manibus et adorauerunt proni in terram 43:27 at ille clementer resalutatis eis interrogauit dicens saluusne est pater uester senex de quo dixeratis mihi adhuc uiuit 43:28 qui responderunt sospes est seruus tuus pater noster adhuc uiuit et incuruati adorauerunt eum 43:29 adtollens autem oculos Ioseph uidit Benjamin fratrem suum uterinum et ait iste est frater uester paruulus de quo dixeratis mihi et rursus Deus inquit misereatur tui fili mi 43:30 festinauitque quia commota fuerant uiscera eius super fratre suo et erumpebant lacrimae et introiens cubiculum fleuit 43:31 rursusque lota facie egressus continuit se et ait ponite panes 43:32 quibus adpositis seorsum Ioseph et seorsum fratribus Aegyptiis quoque qui uescebantur simul seorsum illicitum est enim Aegyptiis comedere cum Hebraeis et profanum putant huiuscemodi conuiuium 43:33 sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua et minimus iuxta aetatem suam et mirabantur nimis 43:34 sumptis partibus quas ab eo acceperant maiorque pars uenit Benjamin ita ut quinque partibus excederet biberuntque et inebriati sunt cum eo

44:1 praecepit autem Ioseph dispensatori domus suae di-

44:1 And he commanded the steward of his house, saying, Fill the men's sacks with food, as much as they can carry, and put every man's money in his sack's mouth.

Liber Genesis

cens imple saccos eorum frumento quantum possunt capere et pone pecuniam singulorum in summitate sacci 44:2 scyphum autem meum argenteum et pretium quod dedit tritici pone in ore sacci iunioris factumque est ita 44:3 et orto mane dimissi sunt cum asinis suis 44:4 iamque urbem exierant et processerant paululum tum Ioseph accessit dispensatore domus surge inquit persequere uiros et adprehensis dicit quare reddidistis malum pro bono 44:5 scyphum quem furati estis ipse est in quo bibit dominus meus et in quo augurari solet pessimam rem fecistis 44:6 fecit ille ut iusserat et adprehensis per ordinem locutus est 44:7 qui responderunt quare sic loquitur dominus noster ut serui tui tantum flagitii commiserint 44:8 pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum reportauimus ad te de terra Chanaan et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum uel argentum 44:9 apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quaeris moriatur et nos serui erimus domini nostri 44:10 qui dixit fiat iuxta uestram sententiam apud quem fuerit inuentum ipse sit seruus meus uos autem eritis innoxii 44:11 itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli 44:12 quos scrutatus incipiens a maiore usque ad minimum inuenit scyphum in sacco Benjamin 44:13 at illi scissis uestibus oneratisque rursus asinis reuersi sunt in oppidum 44:14 primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph necdum enim de loco abierat omnesque ante eum in terra pariter corruerunt 44:15 quibus ille ait cur sic agere uoluistis an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia 44:16 cui Iudas quid respondebimus inquit domino meo uel quid loquemur aut iusti poterimus obtendere Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum en omnes serui sumus domini mei et nos et apud quem inuentus est scyphus 44:17 respondit Ioseph absit a me ut sic agam qui furatus est scyphum ipse sit seruus meus uos

44:2 And put my cup, the silver cup, in the sack's mouth of the youngest, and his corn money. And he did according to the word that Joseph had spoken.

44:3 As soon as the morning was light, the men were sent away, they and their asses.

44:4 And when they were gone out of the city, and not yet far off, Joseph said unto his steward, Up, follow after the men; and when thou dost overtake them, say unto them, Wherefore have ye rewarded evil for good?

44:5 Is not this it in which my lord drinketh, and whereby indeed he divineth? ye have done evil in so doing.

44:6 And he overtook them, and he spake unto them these same words.

44:7 And they said unto him, Wherefore saith my lord these words? God forbid that thy servants should do according to this thing:

44:8 Behold, the money, which we found in our sacks' mouths, we brought again unto thee out of the land of Canaan: how then should we steal out of thy lord's house silver or gold?

44:9 With whomsoever of thy servants it be found, both let him die, and we also will be my lord's bondmen.

44:10 And he said, Now also let it be according unto your words: he with whom it is found shall be my servant; and ye shall be blameless.

44:11 Then they speedily took down every man his sack to the ground, and opened every man his sack.

44:12 And he searched, and began at the eldest, and left at the youngest: and the cup was found in Benjamin's sack.

44:13 Then they rent their clothes, and laded every man his ass, and returned to the city.

44:14 And Judah and his brethren came to Joseph's house; for he was yet there: and they fell before him on the ground.

44:15 And Joseph said unto them, What deed is this that ye have done? wot ye not that such a man as I can certainly divine?

44:16 And Judah said, What shall we say unto my lord? what shall we speak? or how shall we clear ourselves? God hath found out the iniquity of thy servants: behold, we are my lord's servants, both we, and he also with whom the cup is found.

44:17 And he said, God forbid that I should do so: but the man in whose hand the cup is found, he shall be my servant: and as for you, get you up in peace unto your father.

Biblia Sacra Vulgata

44:18 Then Judah came near unto him, and said, Oh my lord, let thy servant, I pray thee, speak a word in my lord's ears, and let not thine anger burn against thy servant: for thou art even as Pharaoh.

44:19 My lord asked his servants, saying, Have ye a father, or a brother?

44:20 And we said unto my lord, We have a father, an old man, and a child of his old age, a little one; and his brother is dead, and he alone is left of his mother, and his father loveth him.

44:21 And thou saidst unto thy servants, Bring him down unto me, that I may set mine eyes upon him.

44:22 And we said unto my lord, The lad cannot leave his father: for if he should leave his father, his father would die.

44:23 And thou saidst unto thy servants, Except your youngest brother come down with you, ye shall see my face no more.

44:24 And it came to pass when we came up unto thy servant my father, we told him the words of my lord.

44:25 And our father said, Go again, and buy us a little food.

44:26 And we said, We cannot go down: if our youngest brother be with us, then will we go down: for we may not see the man's face, except our youngest brother be with us.

44:27 And thy servant my father said unto us, Ye know that my wife bare me two sons:

44:28 And the one went out from me, and I said, Surely he is torn in pieces; and I saw him not since:

44:29 And if ye take this also from me, and mischief befall him, ye shall bring down my gray hairs with sorrow to the grave.

44:30 Now therefore when I come to thy servant my father, and the lad be not with us, seeing that his life is bound up in the lad's life;

44:31 It shall come to pass, when he seeth that the lad is not with us, that he will die: and thy servants shall bring down the gray hairs of thy servant our father with sorrow to the grave.

44:32 For thy servant became surety for the lad unto my father, saying, If I bring him not unto thee, then I shall bear the blame to my father for ever.

44:33 Now therefore, I pray thee, let thy servant abide instead of the lad a bondman to my lord; and let the lad go up with his brethren.

44:34 For how shall I go up to my father, and the lad be not with me? lest peradventure I see the evil that shall come on my father.

autem abite liberi ad patrem uestrum 44:18 accedens propius Iudas confidenter ait oro domine mi loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis et ne irascaris famulo tuo tu es enim post Pharaonem 44:19 dominus meus interrogasti prius seruos tuos habetis patrem aut fratrem 44:20 et nos respondimus tibi domino meo est nobis pater senex et puer paruulus qui in senecta illius natus est cuius uterinus frater est mortuus et ipsum solum habet mater sua pater uero tenere diligit eum 44:21 dixistique seruis tuis adducite eum ad me et ponam oculos meos super illum 44:22 suggessimus domino meo non potest puer relinquere patrem suum si enim illum dimiserit morietur 44:23 et dixisti seruis tuis nisi uenerit frater uester minimus uobiscum non uidebitis amplius faciem meam 44:24 cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum narrauimus ei omnia quae locutus est dominus meus 44:25 et dixit pater noster reuertimini et emite nobis parum tritici 44:26 cui diximus ire non possumus si frater noster minimus descendet nobiscum proficiscemur simul alioquin illo absente non audemus uidere faciem uiri 44:27 atque ille respondit uos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea 44:28 egressus est unus et dixistis bestia deuorauit eum et hucusque non conparet 44:29 si tuleritis et istum et aliquid ei in uia contigerit deducetis canos meos cum maerore ad inferos 44:30 igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum et puer defuerit cum anima illius ex huius anima pendeat 44:31 uideritique eum non esse nobiscum morietur et deducet famuli tui canos eius cum dolore ad inferos 44:32 ego proprie seruus tuus qui in meam hunc recepi fidem et sponondi dicens nisi reduxero eum peccati reus ero in patrem meum omni tempore 44:33 manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerium domini mei et puer ascendat cum fratribus suis 44:34 non enim possum redire ad patrem absente puero ne calamitatis quae oppres-

Liber Genesis

sura est patrem meum testis adstantem

45:1 non se poterat ultra cohibere Ioseph multis coram adstantibus unde praecepit ut egrederentur cuncti foras et nullus interesset alienus agnitioni mutuae 45:2 eleuauitque uocem cum fletu quam audierunt Aegyptii omnisque domus Pharaonis 45:3 et dixit fratribus suis ego sum Ioseph adhuc pater meus uiuit nec poterant respondere fratres nimio timore perterriti 45:4 ad quos ille clementer accedite inquit ad me et cum accessissent prope ego sum ait Ioseph frater uester quem uendidistis in Aegypto 45:5 nolite pauere nec uobis durum esse uideatur quod uendidistis me in his regionibus pro salute enim uestra misit me Deus ante uos in Aegyptum 45:6 biennium est quod fames esse coepit in terra et adhuc quinque anni restant quibus nec arari poterit nec meti 45:7 praemisitque me Deus ut reseruemini super terram et escas ad uiuendum habere possitis 45:8 non uestro consilio sed Dei huc uoluntate missus sum qui fecit me quasi patrem Pharaonis et dominum uniuersae domus eius ac principem in omni terra Aegypti 45:9 festinate et ascendite ad patrem meum et dicetis ei haec mandat filius tuus Ioseph Deus me fecit dominum uniuersae terrae Aegypti descende ad me ne moreris 45:10 et habita in terra Gessen erisque iuxta me tu et filii tui et filii filiorum tuorum oues tuae et arma tua et uniuersa quae possides 45:11 ibique te pascam adhuc enim quinque anni residui sunt famis ne et tu pereas et domus tua et omnia quae possides 45:12 en oculi uestri et oculi fratris mei Benjamin uident quod os meum loquatur ad uos 45:13 nuntiate patri meo uniuersam gloriam meam et cuncta quae uidistis in Aegypto festinate et adducite eum ad me 45:14 cumque amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui fleuit illo quoque flente similiter super collum eius 45:15 osculatusque est Ioseph omnes fratres suos et plorauit super singulos post quae ausi sunt loqui ad eum

45:1 Then Joseph could not refrain himself before all them that stood by him; and he cried, Cause every man to go out from me. And there stood no man with him, while Joseph made himself known unto his brethren.

45:2 And he wept aloud: and the Egyptians and the house of Pharaoh heard.

45:3 And Joseph said unto his brethren, I am Joseph; doth my father yet live? And his brethren could not answer him; for they were troubled at his presence.

45:4 And Joseph said unto his brethren, Come near to me, I pray you. And they came near. And he said, I am Joseph your brother, whom ye sold into Egypt.

